

Dat. Romæ
9. decembris
1783.
anno nono

CDLXII.

Ad inducendam pacem, et tranquillitatem inter fratres sex conventuum ordinis sancti Francisci reformationis sancti Bonaventuræ, statuitur alternativa in electione guardiani conventus sancti Bonaventuræ de urbe.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Prosumunt.

§. 1. Pro paterna charitate, qua omnes Christifideles, præsertim vero eos, qui detrectatis hujus sæculi illecebris, relictisque omnibus domus, aut fratrum, aut sororum, aut patris, aut matris, aliisque carnis affectibus sub suavi religionis jugo abnegantes semetipsos, et bajulantes crucem suam Jesum Christum redemptorem Nostrum secuti sunt, prosequimur, ea omnia, quæ ad pacem, et tranquillitatem inter eos inducendam, fovendamque pertinere arbitramur, quoties id a Nobis petatur, facile concedimus, sperantes fore ut hi in regularis vitæ serenitate tranquillam vitam ducentes, et securi quasi in litore stantes, vel etiam æternam patriam, ad quam omni animi contentione tendunt, consecuti, Nobis ob concreditum humilitati Nostræ pastoralis ministerii officium inter hujus mundi fluctus, qui hisce præsertim difficillimis temporibus Nos undique quasi obruant, navigantibus, suarum orationum manum porrigant, et conantes Nos ad terram viventium pergere, quantis possunt precibus adjuvent.

Tenor precum
porrestarum
a ministro generali ordinis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Paschalis a Varesio modernus minister generalis fratrum ordinis sancti Francisci minorum observantium nuncupatorum, quod licet Nos alias per Nostras in simili forma Brevis die quinta decembris anni MDCCLXXVIII. expeditas literas, ut æqualitati, et quieti religiosorum sex conventuum, seu recessuum sancti Bonaventuræ ordinis minorum sancti Francisci reformationum nuncupatorum hujus almæ urbis consultum esset, ut in posterum, et futuris perpetuis temporibus in eligendis, deputandisque quatuor discretis, qui una cum guardiani discretorium conventus, seu recessus sancti Bonaventuræ nuncupati hujus almæ urbis componunt, distinctio quatuor nationum Romanorum scilicet, Sabinensium provincie Campaniæ, et extero-

rum haberetur, ita ut pro illorum varietate semper discreti eligerentur, et quælibet natio suam haberet discretum in dicto discretorio conventus, seu recessus sancti Bonaventuræ, non obstantibus felicis recordationis Clementis pp. XIII. prædecessoris Nostri die x. januarii anni MDCCLXVII. in simili forma Brevis expeditis literis, quibus in electione, ac deputatione superiorum, discretorum, aliorumque fratrum de familia dictorum sex conventuum, seu recessuum omnis prohibeatur dictarum nationum distinctio, auctoritate apostolica indulserimus, prout in Nostris literis hujusmodi, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inseritis haberi volumus, fusius continetur, nihilominus providentia hujusmodi sat non fuit, ut omnia removerentur animorum, et partium studia, ac pristinus fraternæ charitatis candor restitueretur, quæ omnibus Christifidelibus, præsertim vero Christiano dominio proprius in religione mancipatis omnino conveniens, et accommodata est; quod tamen fore consecuturum sperat, quoties in electione, et deputatione guardiani dicti conventus, seu recessus sancti Bonaventuræ, qui etiam est director aliorum conventuum, ratio habeatur nationibus, et inter eas perfecta alternativa constituatur; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 3. Nos igitur, qui omnia dissidia, et contentiones hujusmodi a religione arcere ex animo desideramus, ac quantum in Domino possumus studemus, memoratum Paschalem ministrum generalem, ac fratres dictorum sex conventuum, seu recessuum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, memoratas Clementis prædecessoris literas de verbo ad verbum, quatenus opus sit, expressas habentes, ut in posterum perpetuis futuris temporibus in eligendo, deputandoque guardiani conventus, seu recessus sancti Bonaventuræ habeatur ratio dictarum nationum Romanorum scilicet, Sabinen-

Tenor concessionis.

sium, provinciae Campaniae, ac exterorum, ita ut alternatim guardianus praedictus eligatur, seu deputetur; alternativa vero hujusmodi ab ea natione sit incipienda, de cujus alumnis diutius est, quin fuerint electi dicti guardiani, auctoritate apostolica tenore praesentium constituimus, et mandamus. Volumus insuper, ut nemini unquam quavis dignitate, honore, et praeminentia fungatur hujusmodi alternativae derogare, et tempus guardianatus ultra biennium protendere liceat.

Derogatio contrariorum.

§. Non obstantibus praedictis Clementis praedecessoris literis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dicti ordinis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub anno piscatoris die nona decembris millesimo septingentesimo octuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno nono.

GDLXIII.

Ampliatio privilegiorum concessorum militiae, et equitibus regis christianissimi positus sub protectione beatae Mariae Virginis Immaculatae.

Dat. Romae
9. decembris
1783.
Anno nono

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Nihil est in hoc honore, ad quem impares meritis divina providentia vocati fuimus, quod Nobis gratius, aut magis jucundum accidere possit, quam esse quandoque apud Nos praemia fortibus, et bonis, et praestantibus viris constituta; fit autem hoc jucundissimum cum clarissimorum principum preces ad liberalitatem ita invitant, ut ad praemium spectatae virtuti, et speratae peculiare erga ipsos paternae Nostrae charitatis testimonium accedat.

Proemium.

§. 2. Cum itaque, carissimus in Christo filius Noster Karolus Hispaniarum rex catholicus nuper exposi fecit, alias felicitis recordationis Clementis pp. XIV. praedecessor Noster per suas sub die xxi februarii anni MDCCLXXII. expeditas literas sub plumbo datas, praevia confirmatione militiae, seu societatis equitum ejusdem Karoli III. regis nomine decoratae, ac patrocinio sanctae, et Immaculatae Deiparae Virginis commendatae, ad augenda in Hispania nobilitate virtutum studia ab ipso instituta, militibus in eadem societatem adscriptis inter caetera multa spiritualium gratiarum dona impertitus sit, ac ut magis magisque praemii spe suorum subditorum virtus intendatur, memoratus Karolus catholicus eidem militiae, seu societati aliquos equites supranumerarios addere, eosque spiritualibus gratis equitibus numerariis, ut praefertur, concessis, per Nos adjungi summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Exponitur
Clementem
XIV. plurima
privilegia mi-
litibus, et e-
quitibus con-
cessisse.

§. 3. Nos igitur, qui eundem Karolum regem catholicum speciali dilectionis affectu prosequimur, ac quantum cum Domino possumus suis votis annuere exoptamus, supplicationibus hujusmodi inclinati, equitibus, qui ultra praefixum numerum eidem societati seu militiae per eundem Karolum regem tanquam magnum magistrum,

Privilegia ex-
tenduntur
etiam favore
equitum su-
pranumerario-
rum.

ejusque in Hispaniæ regno successores sunt adscripti, vel erunt in posterum adscribendi, ut omnibus, et singulis privilegiis, et gratiis spiritualibus dumtaxat, quæ equitibus nurrerariis alias per memoratas Clementis prædecessoris Nostri literas fuerunt concessæ pariformiter uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgentus.

Derogatio con-
trictorum.

§. 7. Non obstantibus apostolicis, nec non in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die ix decembris MDCCLXXXIII. pontificatus Nostri anno nono.

CDLXIV.

Intrinitio festorum in diœcesi Lucana

Venerabili fratri
Archiepiscopo Lucano

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **C**um sicut quædam sunt, ut inquit sanctus Leo magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut

pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in iis, quæ dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum. Ea propter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos Christianifideles benignitate, quod integrom sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessarium inopiam non sine conscientie angore contemnantur.

§. 2. Cum itaque sicut dilecti filii nobiles viri antiani, et vexillifer reipublicæ Lucensis studiosissime efflagitaverint, ut subditorum suorum calamitatibus sublevandis, qui in sudore vultus sui panem comedunt, sanctorumque dierum cultui, et religioni amplificandæ eorundem festorum dierum numerum imminuerere dignaremur. A fraternitate porro tua supplices in idem argumentum preces accipimus, quibus plurima incommoda ex dierum festorum frequentia in tuam civitatem, ac diœcesim iovehi lamentaris, ac de iis imminuendis precabaris. Id propterea eorundem antianorum, et vexilliferi prædictorum æquissimæ voluntati, nec non piis tuis votis hac in re quantum cum Domino possumus obsecuti, festorum dierum grandiorum numerum ad modum revocandum existimavimus. Fraternitati itaque tuæ per presentes committimus, ac mandamus, ut in tua civitate, ac diœcesi hæc de festis diebus legem auctoritate Nostra apostolica edicas, nempe paschatis resurrectionis, et pentecostes, aliisque per annum Dominicis, nec non Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, ac Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis beatæ Mariæ virginis Immaculatæ, sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, et omnium Sanctorum festivis diebus, ac festo die cujusvis præcipue civitatis, et locorum diœcesis præfatæ patroni pro veteri Ecclesiæ Catholicæ instituto sacris non tantum adstare Christianifideles civitatis, ac diœcesis prædictarum teneantur, sed etiam a servilibus operibus se abstinere debeant.

Ratio, et ratio
concessionis.

Dat. Romæ
12. decembris
1783
anno nono.

Ploem um

In festis im-
minutis serva-
tur præceptum
de audiendo
sacro.

§. 3. In reliquis vero festis, sive per hanc sanctam Sedem præceptis, sive per synodales constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per Christifideles dictarum civitatis, et diœcesis, eorumque majores facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate apostolica per se commutari volumus præscriptis, addita tamen missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo conscientiae scrupulo vacare possint.

Derogatio con-
trariorum

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non civitatis, et diœcesis prædictarum, aliorum locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et confirmatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anulò piscatoris die duodecima decembris millesimo septingentesimo octuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno nono.



CDLXV.

Declaratur quod literæ apostolicæ constitutionum canonicorum regularium s. Crucis Collimbriensis ad nullius personæ supplicationem fuerint concessæ

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Cum in constitutionibus canonicorum regularium congregationis sanctæ Crucis Collimbriensis, quæ incipiunt » *Pastoris æterni vices* » a Nobis die decima octava julii mox transacti anni MDCCLXXXIII. in forma specifica approbatis, et confirmatis hæc legantur verba. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii superiores, ac canonici congregationis regularium sanctæ Crucis Collimbriensis ordinis sancti Augustini, quod » *et infra* » quas Nobis nuper exhibitas, ut ipsæ firmiter subsistant, et serventur exactius apostolica auctoritate communiri summopere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur eorumque precibus etiam in hac re quantum cum Domino possumus annuere volentes: ne ullum subreptionis, aut obreptionis dubium inde oriatur in præmissis providere, atque omnem ambiguitatis occasionem auferre cupientes, nec non prædictæ congregationis superiores, et canonicos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, prædictas literas confirmationis prædictarum constitutionum, non obstantibus præinsertis verbis, aut quibusvis aliis similibus, periande valere, atque plenum robur habere, ac si ad illius personæ supplicationem forent concessæ, aut expeditæ auctoritate apostolica tenore præsentium volumus, atque declaramus; et quatenus opus sit prædictas constitutiones canonicorum regularium congregationis sanctæ Crucis Collimbriensis motu proprio ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostri, deque apostolicæ potestatis plenitudine denuo confirmamus, et approbamus.

Dat. Romæ
2. Januarii
1784
anno LX.

Ratio et tenor
declarationis

Clauſula ſub-
lata, et decre-
tum irritans.

§. 2. Decernentes ipſas præſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis aut obreptionis vitio, aut intentionis Noſtræ, vel alio quovis defectu notari, argui, vel impugnari nullatenus poſſe, et firmas ſemper, validas, et efficaces exiſtere, et fore, ſuosque plenarios, et integros effectus ſortiri, et obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, et pro tempore ſpectabit in futurum in omnibus, et per omnia pleniffime ſuffragari, et ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam cauſarum palatii apoſtolicæ auditores iudicari, et deſiniri debere, ac irritum, et inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 3. Non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus apoſtolicis, cæterisque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum die ſecunda januarii milieſimo ſeptingenteſimo octuageſimo quarto, pontificatus Noſtri anno nono.

CDLXVI.

Dat. die
2 januarii 1784
Anno IX.

Instante confraternitate domus Misericordie civitatis Lisbonensis declaratur commutatio centum quadraginta duarum cappelliarum alias ab eadem sua Sanctitate facta, quæ nunc attribuuntur brephotrophio per eandem confraternitatem administrato.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Premium.

§. 1. Ea est infirmitatis nostræ humanæ misera conditio, ut raro contingat, quæ huius sæculi sunt tam scite, tam prudenter constitui, quin brevi ex usu rerum magistro declarari, aut reformari, vel etiam in totum aliquando immutari debeant; quod profecto circa ea, quæ per Noſtras in ſimili forma Brevis die xix. junii MDCCLXXV. expeditas literas pro dilectis filiis provisoribus, et confratribus confraternitatis domus Misericordie nuncupatæ civitatis Lisbonensis fuerunt disposita evenisse constat.

§. 2. Siquidem cum proviſores, ac confratres prædicti Nobis humiliter exponi fecerint, quod cum ob plures cauſas, præſertim vero ob ſatis memorandum terræmotum anni MDCCLV. quo univerſa pene civitas Liſbonenſis, ſuique circuitus ſubverſi fuerunt, annui redditus, ac proventus dictæ domus, qui in varia pia opera non ſine maxima infirmorum, orphanorum, aliorumque pauperum utilitate continenter erogabantur, quam maxime imminuti eſſent, omnia injuncta onera, prout in antecellum in futurum adimpleri haud poſſent; eaque propter dicti exponentes, ut eorum conſcientiæ ſecuritati, et publicæ utilitati conſultum eſſet, aliqua ex iis oneribus in alia magis urgentia per Nos commutari ſummopere deſiderabant; Nos eorundem proviſorum, ac confratrum preces, quantum in Domino poteramus, benigne proſequi volentes, habita prius de omnibus dictis piis operibus intima, ac matura cognitione, cum inter cætera dicta domus premeretur etiam gravi onere centum quadraginta duarum cappelliarum pro celebrandis miſſis juxta diverſas fundationes præſcriptis, præter duos clericorum choroſ, unum in noſocomio, alterum in eccleſia primarii ex hoſpitalibus curæ, et adminiſtrationi dictorum exponentium commendatis conſtitutas, ex cauſis Nobis tunc adductis animum Noſtrum moventibus arbitrati ſumus minus publicæ utilitati alienum inter anguſtias, quibus eadem domus urgebatur, futurum fore, ſi in civitate Liſbonenſi, ubi præter patriarchalem eccleſiam, et magnam baſilicam ſanctæ Mariæ, in qua plurimis aliis collegiatis, parochialibus, et ordinum regularium eccleſiis miſſæ quotidie celebrantur, et in psalmis Deo aſſidue preces offeruntur, onera tum dictarum cappelliarum, cum utriusque chori, piorum teſtatorum voluntates, ac diſpoſitiones interpretantes cum ſumptibus pro exhibitione quatuor hoſpitalium ægrotantium, ſcilicet expoſitorum, malierum inhabilium, ac virorum incurabilium, nec non conſervatorii puellarum orphanarum pro dotibus diſtribuendis, pro liberandis in carcere detentis, illisque ſubſidia ſuppeditandis, ac ſi quid reſiduum eſſet pro viſitatione, et ſubventione honeſtarum viduarum neceſſariis commutaviſſemus, et reipſa commutaviſſemus, ita tamen, ut pro celebrandis miſſis in valetudinario, pro comitandis cadave-

Exponuntur
providentiæ
ſuſceptæ in
aliis præce-
dentibus li-
teris apoſtoli-
cis.

ribus defunctorum, aliisque juxta piæ domus prædictæ usum, et institutum peragendis viginti clerici, seu presbyteri, absque ullo chori onere, retinerentur, prout in iisdem Nostris literis uberius continetur.

Preces porrectæ pro commutatione, et declaratione prædictarum literarum apostolicarum.

§. 3. Cum autem sicut dicti provisores, et confratres iterum Nobis exponi fecerunt, dum res fuit de dictarum Nostrarum literarum executione, alia atque alia dubia irrepserint, quæ per Nos declarari, immo cum interim bona, et redditus nosocomii ab aliis bonis, ac redditus ad dictam domum spectantibus, et pertinentibus disjuncta, ac separata fuerint, quæ fuerunt per Nostras literas prædictas disposita in aliqua parte immutari, aliaque etiam de novo eis concedi summo opere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Francisæ Algarbiorum reginæ fidelissimæ votis hisce desuper Nobis porrectis humiliter annuere cupientes, supplicationibus hujusmodi inclinati, memoratas Nostras literas, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac inserto habentes, eas ita moderamur, ut nempe licet commutatio fundamentum, erectionum, et institutionum tum dictarum cappellaniarum, cum etiam utriusque chori pro sustentandis expensis omnium piorum operum, quibus dicta pia domus gravabatur fuerit, ut præfertur, facta, nihilominus, ut in posterum unius dumtaxat brephotrophii utilitati commutatio hujusmodi cedat, volumus, ac edicimus, ita tamen ut deinceps stet numerus viginti duarum cappellaniarum, quarum cappellani pro tempore existentes tum choro interesse, tum sacrosancta eorum missarum sacrificia in suffragium animarum piorum institutorum omnium cappellaniarum, quarum administratio ad dictam domum spectabat, applicare teneantur, præter alias duas cappellanas pro clericis, seu presbyteris in dicta domo defunctos comitantibus, et cum

ex iisdem Nostris literis non satis perspicue constet, num sub dispositione, seu commutatione hujusmodi eæ cadant etiam cappellaniæ, quarum cappellani ad illarum titulum fuerunt ad sacros ordines promoti, vel fuerunt ab ipsis fundatoribus vocati, aut nominati, vel demum aliquem quomodolibet legitimum titulum ad eas habent, hinc non eas comprehendendi, sed sertas tectas esse servandas auctoritate, et tenore prædictis declaramus, et quoniam inter cætera onera iisdem exponentibus incumbentia tenentur quasdam dotes, seu subsidia dotalia juxta piorum testatorum dispositiones distribuere, easque eidem brephotrophio perpetuo assignari, et attribui plurimum desiderent.

§. 5. Nos propterea dispositiones hujusmodi præsentibus pro plene expressis, prædictas dotes eidem brephotrophio apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo assignamus, ac attribuimus; ita tamen, ut eadem domus, seu exponentes prædicti eas dotes, quæ fuerunt certis personis, aut puellis designatorum locorum, aut parochialium relictæ, nihilominus distribuere teneantur; has quippe dotes, seu subsidia dotalia sub commutatione, et assignatione prædicta nullatenus cadere auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et declaramus.

Declarationes circa distributione dotium.

§. 6. Decernentes has præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia pleiissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiendi debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Non obstantibus omnium, et quorumcumque testatorum etiam ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, atque confraternitatis, et domus hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel

Derogatio contrarium.

quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, vel innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse commutamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda januarii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno nono.

CDLXVII.

Committitur episcopo de Arequipa in Indiis, ut concedat monialibus de velo albo nuncupatis monasterii sanctæ Theresiæ a Jesu ordinis beatæ Mariæ de Monte Carmelo dictæ civitatis facultatem sumendi velum nigrum earum tamen accedente consensu.

Venerabili fratri
episcopo de Arequipa in Indiis

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ priorissa, et moniales monasterii sanctæ Theresiæ a Jesu ordinis beatæ Mariæ de Monte Carmelo nuncupatæ civitatis de Arequipa in Indiis, quod in fundatione, seu erectione ejusdem monasterii statutum fuit, ut in numerum viginti unius monialium tunc præscriptum admittendæ tantummodo essent moniales professæ cum velo nigro, quodque aliæ tres, aut plures moniales cum velo albo vulgo legasibide nuncupato minorem dotem afferentes a choro, aliisque officiis one-

rosis monasterii prædicti exemptæ, ac immunes esse debeant, ac alias prout in lege fundationis, seu erectionis monasterii hujusmodi uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, hujusmodi tres, vel plures moniales, quæ velum album deferunt, et a choro, aliisque officiis prædictis exemptæ sunt, inutiles evadant dicto monasterio, a quo ipsis alimenta suppeditantur.

§. 2. Hinc exponentes præfatæ, ut præsertim in choro, et in casu infirmitatis aliarum, quo fieri potest, major sit monialium numerus ibidem interessentium, non solum a tribus monialibus, quæ cum velo albo, ut præfertur, in dicto monasterio nunc reperiantur, sed etiam ab aliis, quæ in earum locum idem monasterium ingressuræ sunt, nigrum velum assumi debere summo opere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, et dummodo moniales de velo albo, quæ nunc in dicto monasterio reperiantur, suam præsentem consensum, eis petitam facultatem sumendi velum nigrum pro tuo arbitrio, et conscientia indulgeas, simulque, quatenus dictæ moniales consensum prædictum præsentem, vel etiam si illum non præsentem, facultatem in posterum prævia reductione, non admittendi moniales nisi ad velum nigrum cum honoribus, et oneribus eisdem competentibus concedas.

§. 4. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri de-

Ratio concessionis.

Tenor concessionis.

Dat. Romæ
14. januarii
1784
anno nono

Expositio præcui projectarunt a monialibus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

here, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non prædictorum ordinis, et monasterii etiam jramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, foundationis, et erectionis legibus, ac consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die decima quarta januarii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno nono.

Dat. Romæ
27. januarii
1784
anno nono

CDLXVIII.

Imminutio festorum in civitate, et diœcesi Palentina.

Venerabili fratri
episcopo Palentino

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Promium.

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit sanctus Leo magus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum: ea propter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere,

quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessarium inopiam, non sine conscientie angore contemnantur.

§. 2. Quoniam autem sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem fraternitati tuæ innotuit, quod in civitate, et diœcesi Palentina adeo excreverunt calamitates, et angustie propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolæque, ac præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime cogantur (quamvis animo iovito) dies festos negligere, operibusque mechanicis se se addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum; ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus, quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste subsistendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus earumdem civitatis, et diœcesis Palentinæ existentibus, ut deinceps, exceptis omnibus diebus Dominicis, nec non Natalis Domini nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, paschatis Resurrectionis, et sequenti, pentecostes, et sequenti, ac Corporis Christi, et Ascensionis, sancti Joannis Baptistæ, ac sanctorum Petri, et Pauli, et Jacobi apostolorum, et commemorationis omnium sanctorum, præterea quinque diculis beatæ Mariæ virginis immaculatæ, scilicet, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, aut tutelaris cujus-

libet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio; in reliquis vero festis, sive per hanc sanctam Sedem præceptis, sive per synodales earundem civitatis, et diœcesis constitutiones, sive quacumque alia de causa etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem quoque auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo prorsus conscientiae scrupulo vacare possint auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, et mandes.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non civitatis, et diœcesis prædictarum, illorumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima septima januarii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno nono.

CDLXIX.

Dat. Romæ
27. Januarii
1784
anno nono

Imminutio festorum in civitatibus, et diœcesibus Auximana, et Cingulana invicem perpetuo unitis.

Venerabili fratri ecclesiarum Auximane, et Cingulane invicem perpetuo unitarum episcopo.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater

Salutem, et apostolicam benedictionem,

§. 1. Cum sicut quædam sunt, Proemium. ut inquit sanctus Leo Magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum: ea propter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessarium inopiam, non sine conscientiae angore contemnantur.

§. 2. Quoniam autem sicut pro Ratio concessionis. parte tua Nobis expositum fuit, eidem fraternitati tuæ innotuit, quod in civitatibus, et diœcesibus Auximana, et Cingulana perpetuo invicem unitis adeo excreverunt calamitates, et angustiae propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illarum habitatores, incolæque, ac præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime cogantur, (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis se se addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum; ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus, quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æter-

Tenor concessionis.

nam salutem comparandam, et humanam vitam honeste subsistendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christianis eorumdem civitatum, et diocesium Auximanzæ, et Cingulanæ invicem perpetuo unitarum existentibus, ut deinceps, exceptis omnibus diebus dominicis, nec non natalis domini Nostri Jesu Christi, et duobus sequentibus sancti Stephani, ac sancti Joannis apostoli, et evangelistæ, Circumcisionis, Epiphaniæ, paschalis Resurrectionis, et duobus sequentibus, et pentecostes, et duobus pariter sequentibus, ac Corporis Christi, et Ascensionis, Inventionis sanctæ Crucis, nativitatis sancti Joannis Baptistæ, sancti Josephi, sancti Laurentii, sanctorum Petri, et Pauli, et Jacobi apostolorum, commemorationis omnium sanctorum, et translationis domus Lauretanæ; præterea quinque dicatis Beate Mariæ Virginis Immaculatæ, scilicet Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, aut tutelaris cujuslibet loci dumtaxat festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio; in reliquis vero festis, sive per hanc sanctam Sedem præceptis, sive per synodales eorumdem civitatum, et diocesium invicem perpetuo unitarum constitutiones, sive quacumque alia de causa etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem quoque auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine nullo prorsus conscientiæ scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, et mandes.

Derogatio contrariarum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus. Bull. Rom. Tom. VII.

bus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non civitatum, et diocesium prædictarum, illorumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus; et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficenter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die vicesima septima januarii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno nono.

CDLXX.

Dat. Romæ
27. januarii
1784
anno IX.

Sororibus conservatorii sanctæ Marthæ civitatis Elborensis ordinis B. M. de monte Carmelo regularis observantiæ communicantur privilegia omnia spiritualia dumtaxat, quæ ordini nuncupato B. M. V. de Monte Carmelo reperuntur concessa.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **C**reditæ Nobis divinitus dispensationis ratio exigit, ut paternam Christianifidelium Altissimi obsequiis sub laudabili vitæ monasticæ instituto mancipatorum, uberesque honorum operum fructus adspirante superni favoris auxilio proferre jugiter satagentium curam gerentes felicioribus eorum in via Domini progressibus, quantum Nobis ex alto conceditur, providere studeamus.

Proemium.

§. 2. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ superiorissa, et reliquæ sorores professæ congregatæ in conservatorio sanctæ Marthæ ordinis

Expositio precum a monialibus proreclarum.

Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo regularis observantiæ civitatis, et diocesis Elborensis, quod ipsæ institutum ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo jugiter retineant, et clausuram habeant, aliasque monasticas regulas observent, privilegia spiritualia, quæ fratres ordinis Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo ab hac sancta Sede concessa sunt, communicari plurimum desiderent.

Tenor concessio-
nis, vi cu-
jus privilegia
communicata
etiam amplian-
tur.

§. 3. Nos igitur earumdem exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinatis, conservatorio et ordini prædictis, ejusque superiorissæ, et reliquis sororibus professis congregatis prædictis, ut omnibus privilegiis spiritualibus dumtaxat, quæ dicto ordini nuncupato beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo reperiuntur concessa, pariformiter uti, frui, et gaudere libere ac licite possint, ac valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, et ut easdem exponentes amplioribus gratiis prosequamur, ut suus confessarius ab ordinario approbatus eis omnes indulgentias, ac peccatorum remissiones non solum dicti ordinis, sed etiam quarumcumque confraternitatum concessas tam in vita, quam in articulo mortis constitutis tribuere possit, et valeat, utque Christiani fideles utriusque sexus ad illarum ecclesiam accedentibus, qui vere pœnitentes, et confessi, ac sancta communione reffecti, et pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, indulgentias omnes, ac remissione peccatorum, quæ dicto ordini sunt concessæ lucrari possint auctoritate, et tenore prædictis volumus pariter, ac declaramus,

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective invio-

Clausula sub-
lata, et decre-
tum irritans.

labiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de indulgentiis ad instar non concedendis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentibus non intendimus prædictum institutum in aliquo approbare. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima septima januarii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto pontificatus Nostri anno nono.

Derogatio con-
trariorum.

CDLXXI.

Dat. Romæ
27. januarii.
1784.
anno nono

Declarantur, et reformantur constitutiones nonnullæ latæ ad constituendam methodum pro electione deputatorum congregationis secretæ ecclesiæ s. Joannis Baptistæ nationis Florentinorum in urbe.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **E**a est infirmitatis nostræ humanæ misera conditio, ut raro contingat, quæ hujus sæculi sunt, tam scite, tamque prudenter constitui, ut diu stare possint, quin immo brevi eorum usu declarari, aut reformari, vel etiam in totum immutari debeant; quod profecto circa ea, quæ tum a fel. rec. Benedicto pp. XIII. prædecessore Nostro per suum motum proprium sub die xv. decembris anni MDCCXXIX. signatum, et a fel. rec. Clemente pp. XII. prædecessore itidem Nostro per suas in simili forma Brevis die xx. martii anni MDCCXXXIV. expeditas literas ad constituendam methodum pro electione deputatorum, seu officialium congregationis, quam secretam appellant, ecclesiæ s. Joannis Baptistæ nationis Florentinorum de alma urbe Nostra fuerunt præscripta, evenisse constat.

Memorantur
constitutiones
editæ a Bene-
dicto XIV. et
Clemente XII.

§. 2. Siquidem dilecti filii officiales, quos vocant majores congregatio-

Exponitur
quæ sit metho-
dus in electio-

nihil servanda juxta prædictas constitutiones.

nis prædictæ Nobis nuper humiliter exponi fecerunt, quod inter cætera in Benedictino motu proprio, ac præsertim Clementinis literis præfatis præscribitur, ut in electione, ac deputatione quatuordecim officialium, ac deputatorum congregationis secretæ prædictæ, nempe gubernatoris confraternitatis, seu societatis, præsentis nosocomii, proveditoris, officialis a secretis, duorum deputatorum ecclesiæ, totidemque ad lites, quatuor deputatorum ad nosocomium, duorumque operariorum, (de aliis quippe illam componentibus hic non habeatur ratio), hæc servetur methodus, quod scilicet a quatuor officialibus majoribus, a prælato nempe, a consule nationis, a gubernatore confraternitatis, seu societatis, ac a præsentis nosocomii nonnulli confratres juxta præscriptum in eisdem Clementinis literis pro unoquoque officio nominentur; utque nominatio hujusmodi toti congregationi secretæ proponatur, ad hoc ut ex nominatis binos pro unoquoque officio, per suffragia secreta selectos, designet offerendos congregationi generali, cui jus sit, per suffragia pariter secreta, ex illorum pluralitate, ex sibi designatis eum eligere, ac confirmare, qui pro unoquoque munere in novum officialem, seu deputatum congregationis secretæ sit assumendus, prout in Benedictino motu proprio, et Clementinis literis prædictis, quarum respective tenorem præsentibus pro expresso, et inserto haberi volumus, uberius continetur.

Declarantur in commoda quæ ab eadem methodo promanant.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, licet hæc methodus fuerit usque in præsens religiosissime observata, illud tamen secum ferat incommodi, quod videlicet interdum digniores impune excludantur, ac ii, qui cæteroquin dignitate, vel nobilitate conspicui, aliisve personilibus meritis commendabiles, ecclesiæ, societatis, et hospitalis dictæ nationis essent studiosissimi, tam incertis, tamque arbitrariis suffragiis sese subicere refugiant, immo vel semel adita munera congregationis secretæ dimittant, vel oblata respuant, prout non raro contingere compertum est: id autem processu temporis ad ecclesiæ, societatis, et hospitalis prædictorum administrationis jacturam evidentem, ac aperte lapsurum fore memorati exponentes intelligentes, pro ea, qua possent, sagacitate huic malo per Nos occurri summopere desiderant; Nobis propterea

Bull. Rom. Tom. VII.

rea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 5. Nos igitur dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, memoratum Benedictinum motum proprium, ac Clementinas literas prædictas, ac ea quoad confirmationem, et electionem quatuordecim dierum dumtaxat officialium, seu deputatorum componentium, ut præfertur, congregationem, quam appellant secretam, (firmis remanentibus in reliquis per eundem Benedictinum motum proprium, ac Clementinas literas prædictas dispositis, quibus per præsentis detrahere, aut in aliquo, exceptis infra exprimendis, derogare non intendimus) ita moderamur, ut scilicet omni adempto confirmationis, et electionis quatuordecim dierum officialium, gubernatoris nimirum societatis, præsentis nosocomii, proveditoris, officialis a secretis, duorum deputatorum ecclesiæ, duorum deputatorum ad lites, quatuor deputatorum ad nosocomium, et duorum operariorum jure congregationi generali in posterum omne jus confirmationis, et electionis officialium hujusmodi apud eandem congregationem secretam, ut ajunt, consolidetur, servata tamen quoad eorundem officialium nominationem forma a memorato Clemente prædecessore in suis præfatis literis præscripta; ita ut deinceps prævia nominatione candidatorum a quatuor majoribus officialibus, ut præfertur, faciendâ, jus privativum sit congregationis secretæ, quem mavit, in novum, aut novos officiales eligere, vel officialem, seu officiales munere suo abeuntem, vel respective abeuntes confirmare, auctoritate apostolica tenore præsentium declaramus, ac mandamus.

Moderatur Pontifex præcedentes literas apostolicas, et ampliantur facultates congregationis secretæ.

§. 6. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et

Clausula sublata, et decretum irritans.

obtinerē, ac illis ad quos spectat, et in futurum quomodolibet spectabit, plenissime suffragari, ac ab omnibus inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et defini debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus Benedictino motu proprio, ac Clementinis literis præfatis, constitutionibusque, et ordinationibus apostolicis, nec non ecclesiæ sancti Joannis Baptistæ, societatis, et hospitalis præfatorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hæc vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xxvii. januarii MDCCLXXXIV. pontificatus Nostri anno nono.

CDLXXII.

Dat. Romæ
29. Januarii
1784
anno nono

Suppressio ecclesiæ episcopalis Neostadiensis cum illius diœcesis perpetua unione metropolitanæ ecclesiæ Vienne[n]si in Austria, nec non erectionis alterius episcopatus sancti Hippolythi in oppido ejusdem nominis.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **I**nter plurimas apostolici ministerii curas quibus undique premimur, illa quidem excellentior esse censemus, per quam novos tamquam fidei tentoria episcopatus erigimus, novosque in Ecclesia Dei pastores animarum, ita exposcentibus regalium principum votis, eorumque in hoc eximia comitante pietate, satagimus instituere, per quod orthodoxa religio propagatur, augetur, Christifidelibus spiritualia vere obveniunt auxilia, e medio si quæ sint tolluntur incommoda, et Ecclesia hujusmodi novum in dies splendorem suscipit atque ornamentum.

Premium.

§. 2. Cum itaque sicut ex parte ven. fr. Nostri moderni episcopi Neostadiensis Nobis nuper expositum fuit, charissimus in Christo filius Noster Josephus II. Romanorum, Bohemiæ, et Hungariæ rex apostolicus in imperatorem electus pluries inspecto, quod limites diœcesis Passaviensis tam amplè existant, ut unus præsul utcumque zelo præditus illius regimini, et gubernio, prout exigit pastorale munus invigilare nequeat, plurimum copiat, ut diœcesis præfata in duas alias diœceses divisa existente mediante in eis apostolica auctoritate faciendâ episcopatum institutione, multiplicatis in ipsa Ecclesia Dei pastoribus, per sedulam eorum industriam ab ovile Christi efficacius ac vigilantius nedum errores arceantur, sed et divinus cultus, pietasque fidelium per amplius excitetur; simulque illorum, qui animarum regimini, et gubernio hujusmodi præpositi sunt, fervor accensus nova in dies capiat incrementa. Et sicut Nobis subiectum ad hujusmodi fuit opus tam utile rite disponendum, perficiendumque operæ pretium sit, ut in civitate Neostadiensi cathedra, dignitas, ac sedes episcopalis, illiusque diœcesis, nec non cathedralis ecclesiæ Neostadiensis, per Nos,

Exponuntur rationes suascentes novas erectiones.

ut infra, perpetuo supprimantur, et extinguantur, aliaque circa ea per Nos pariter, ut infra fiant. Ac deinde illis præmissis oppidum sancti Hippolythi nuncupatum in Austria existens, ubi prima fidei catholice, ut communis fert opinio, jacta sunt fundamenta, in civitatem episcopalem, et in eo sitam parochialem ecclesiam sancti Hippolythi, quæ omnibus in Austria hujusmodi existentibus ecclesiis antiquior esse dicitur, in cathedralem ecclesiam sancti Hippolythi etiam nuncupandam, et in ea dignitas, et sedes episcopalis cum suis capitulo, et canonicis, ac alias, ut infra, per modum subrogationis, seu transactionis itidem per Nos perpetuo erigantur, et instituantur. Et novæ diocesis sancti Hippolythi, ut infra constituendæ infrascripta diocesis Passaviensis, seu illius districtus, vel territorii pars cum omnibus, et singulis in ea comprehensis decanatibus, seu parochialibus ecclesiis infrascriptis, prævia illius, et illorum ab ecclesia, et diocesi Passaviensi dismembratione, de venerabilis etiam fratris Nostri moderni episcopi, ac dilectorum filiorum modernorum capituli et canonicorum ecclesie Passaviensis consensu per Nos etiam, ut infra facienda assignentur ex quo profecto iis spiritualibus incommodis, quæ ex deficientia pastorum hujusmodi evenire soleat opportune, ut accepimus obviaretur.

§. 3. Nos itaque quibus cæterum ex processu a dilecto similiter filio Nostro, et Sedis apostolicæ nuncio in civitate Viennensi Austriæ prædictæ commorante vigore decreti Nostri sub die secunda mensis augusti proxime præteriti editi super hujusmodi petita erectione confecto de præmissorum necessitate simul ac etiam utilitate satis constitit, tam laudabilia præfati Josephi regis, et imperatoris vota obsecundare, ac desuper porrectis ejusdem episcopi Neostadiensis supplicationibus annuere volentes motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine in dicta civitate Neostadiensi sedem, et cathedram episcopalem, nec non cathedralem ecclesiam, et in ea dignitatem, ac mensam episcopales cum universa diocesi Neostadiensi, nec non titulum, et denominationem episcopi Neostadiensis apostolica auctoritate perpetuo supprimimus, et extinguimus, dictamque civitatem Neostadiensem, illiusque diocesim prædictam ut præfertur, sic suppressas, et extinctas, et in eis respective contentos

utriusque sexus habitatores, et incolas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, ac religiosos quoscumque (non tamen exemptos) prævia illorum omnium, et singulorum a prædicti moderni episcopi Neostadiensis ordinaria jurisdictione, potestate, et superioritate, perpetua sejunctione, et exemptione metropolitana ecclesie, et diocesi Viennensi in Austria hujusmodi, illiusque clero, et populo dicta apostolica auctoritate itidem perpetuo incorporamus, atque adjungimus, ordinariæque venerabilis etiam fratris Nostri moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Viennensis in dicta Austria jurisdictioni, potestati, ac auctoritati respective etiam perpetuo supponimus, atque subijcimus.

§. 4. Hujusmodi autem suppressione, et incorporatione, nec non exemptione, et subjectione præmissis dictam parochialem ecclesiam sancti Hippolythi in eodem oppido, ut præfertur existentem, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam parochialis ecclesie collativæ, ita quod illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse designat, ac de cætero uti talis in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, seu de illa quovis modo disponi amplius nequeat, et si illam deinceps ullo unquam tempore conferri, seu impetrari, vel alias de illa disponi contigerit, collationes, impetrationes, aliaque dispositiones de illa pro tempore quomodolibet factæ nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant, apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuo supprimimus, et extinguimus. Illaque sic suppressa, et extincta dictum oppidum sancti Hippolythi, ut præfertur, nuncupatum in civitatem episcopalem ejusdem sancti Hippolythi etiam deinceps nuncupandam, cum omnibus juribus, honoribus, præeminentiis, et prærogativis, quibus aliæ civitates pontificali sede insignitæ utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum.

§. 5. Præfatam vero parochialem ecclesiam sancti Hippolythi, ut præfertur, suppressam, et extinctam in cathedralem ecclesiam eidem archiepiscopo Viennensi in Austria prædicta suffraganeam, eique metropolitico juri subjectam sub invocationis ipsius sancti Hippolythi

Ecclesia Hippolythi in cathedralem erigitur.

Suppressio sedis Neostadiensis, illiusque nuncio ad ecclesiam Viennensem.

Nova ecclesia declaratur suffraganea archiepiscopi Viennensis.

extitram, et in ea sedem, ac dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo sancti Hippolythi, illiusque civitati prædictæ, ac diœcesi etiam sancti Hippolythi ut infra constituendæ præsit, abbates, inferiores prælatos, et alios, et synodum convocet, ac omnia, et singula jura, officia, et munia episcopalia habeat, et exerceat cum suis capitulo infrascripto, sigillo, et arca, mensa episcopali, cæterisque pontificalibus signis, et insigniis, nec non juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus aliæ nationis Germanicæ episcopales ecclesiæ, earumque præsules quomodolibet (non tamen titulo oneroso) seu ex privilegio particulari similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum.

Declarantur
dignitates ca-
pituli.

§. 6. In ipsa vero cathedrali ecclesia sancti Hippolythi unum vicariatum generalem nuncupandum, quæ post pontificalem hujusmodi major cum uno canonicatu, et una præbenda pro uno canonico vicario generali nuncupando, qui caput capituli dictæ cathedralis ecclesiæ sancti Hippolythi existat, iisque gaudeat præeminentiis, quæ de jure sibi competere possunt, et debent, nec non unam præposituram, quæ secunda cum alio pariter canonicatu, et alia præbenda pro alio canonico præposito, ac unum decanatum, qui tertia cum alio similiter canonicatu, et alia præbenda pro alio canonico decano, ac unam custodiam, quæ quarta respective dignitates in dicta cathedrali ecclesia sancti Hippolythi existant cum alio itidem canonicatu, et alia præbenda eisdem dignitatibus respective invicem perpetuo unitis extituri pro alio canonico custode, etiam respective nuncupandis, ac reliquos tres canonicatus, totidemque præbendas dictæ cathedralis ecclesiæ Neostadiensis per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, pro tribus aliis futuris mere canonicis ejusdem cathedralis ecclesiæ sancti Hippolythi, qui illius capitulum constituent, et apud eam personaliter residere, et in ea singulis diebus horas canonicas, tam diurnas, quam nocturnas, aliaque divina officia devote, ac cum debita mentis attentione, servataque ecclesiastica disciplina recitare, decantare, et psallere, divinisque officiis, tam diurnis, quam nocturnis hujusmodi, ac alios eidem cathedrali ecclesiæ sancti Hippolythi laudabiliter deservire teneantur.

Similiter cum choro, stallo, arca, et sigillo communibus, aliisque signis, et insigniis cathedralibus, quique omnibus, et singulis privilegiis, et prærogativis gaudere possint, et valeant, quibus prædictæ Neostadiensis, ut præfertur suppressæ, et extinctæ, et aliarum cathedralium ecclesiarum respective capitula, et canonici (non tamen titulo oneroso) gaudebant, et gaudere solent, ac possunt per modum tamen subrogationis, seu translationis eorumdem septem canonicorum, qui ut similiter accepimus dictæ cathedrali ecclesiæ Neostadiensi per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ inserviebant, illiusque capitulum efformabant ad Dei omnipotentis laudem, et gloriam, dictique sancti Hippolythi honorem, et fidei catholicæ præfatæ exaltationem apostolica auctoritate prædicta, itidem perpetuo respective erigimus, et instituimus. Volentes tamen, et eadem apostolica auctoritate statuentes, quod futurus episcopus sancti Hippolythi, in eadem ecclesia theologalem præbendam erigere teneatur, conscientia desuper onerata remanente.

§. 7. Ac insuper, ut prædictæ episcopali ecclesiæ sancti Hippolythi per Nos, ut præfertur, erectæ diœcesis, vel districtus, seu territorii Austriæ inferioris, partemque ab oriente scilicet sylva Viennensi, et Monte Manhardi, ac a septentrione Bohemia, ac Maravia; ab occidente vero fluvio Onaso nuncupato, et a meridie demum Styria, et Austria superiori circumscibitur, vel sub iis comprehenditur, et in quæ omnes, et singuli decanatus, et parochiales ecclesiæ infrascriptæ reperiuntur videlicet = decanatus Ybbsensis nuncupatus, et sub eo comprehensæ parochiales ecclesiæ infrascriptæ videlicet = Una Ferschnitz, ac alia Frankelfels, ac alia Gresten, ac alia Gammig, ac alia Lunz, ac alia Neumarkt, ac alia Oberndorff, ac alia Buchenstuben, ac alia Petzenkirchen, ac alia Purgstall, ac alia Randegg, ac alia Ruprechtshofen, ac alia Reinsperg, ac alia s. Anton in det = Jesnitz, ac alia s. Martin prope Ybbs, ac alia s. Leonardamdorst, ac alia s. Georgen in det Leys, ac alia Scheibbs, ac alia Seissenstein, ac alia Staina Kirken, ac alia s. Gotthard, ac alia Schwarzenbach, ac alia Texing, ac alia Wiselburg, ac reliquæ parochiales ecclesiæ Ybbs respective nuncupatæ = Ac alius decanatus Loordorffensis nuncupatus, et sub eo etiam comprehensæ parochiales ecclesiæ infrascriptæ, sci-

Constituuntur
diœcesis nova
ecclesiæ.

licet una Aggsphach, ac alia Annabrg, ac alia Arnstosff, ac alia Bischossteten, ac alia Eschenau, ac alia Erlaus, ac alia Grannsbach, ac alia Gerolding, ac alia Grunau, ac alia Grafendorff, ac alia GrosPOCHLAM, ac alia Hasnerbach, ac alia Haindorff, ac alia Haunoldstain, ac alia Hainfeld, ac alia Hoehenberg, ac alia Hürm, ac alia Kleinzell, ac alia Kaumberg, ac alia Kilbac, ac alia Kirnberg, ac alia Kirchberg an det Bielac, ac alia Klein Pöchlä tu, ac alia Loich, ac alia Langegg, ac alia Lilienfled, ac alia Loosdorff, ac alia Manck, ac alia Margarethen eo det Sirning, ac alia Matzlstorf, ac alia Markerstorf, ac alia Möek, ac alia Manet, ac alia Syra, ac alia Rabenstein, ac alia Ramsan, ac alia Rohibach, ac alia s. Aegidy, ac alia s. Veith, ac alia Scombichl, ac alia s. Josepsberg, ac alia Tirnitz, ac alia Weiuburg, ac alia Withelmsburg, ac reliquæ parochiales ecclesiæ Zelking respective etiam nuncupatæ = Ac alius decanatus Ollerbacensis nuncupatus, et sub eo pariter existentes parochiales ecclesiæ infrascriptæ, videlicet una Anzbach, ac alia Abbstetten, ac alia Alten Legbach, ac alia Asperhofen, ac alia Chorherrn, ac alia Ireundorff, ac alia Gudenau, ac alia Konigstetten, ac alia Kolg, ac alia Langenlebam, ac alia Langentoht, ac alia Michelausen, ac alia Mastetten, ac alia Nevenlengbach, ac alia Ollern, ac alia Rappoltenkirchen, ac alia Sigharstskirken, ac alia s. Andre in Hagenthal, ac alia Tozenbach, ac alia Tullu, ac alia Tulbing, ac alia Würmba, ac reliquæ parochiales ecclesiæ Zeiselmayet respective nuncupatæ = Ac alius decanatus Pottembruenensis nuncupatus, et sub eo existentes parochiales ecclesiæ infrascriptæ, videlicet una Boheim Kirken, ac alia Christophori, ac alia Furth, ac alia Gottweig, ac alia Gerrerstorf, ac alia Getzerstorf, ac alia Gutenbruum, ac alia Heiligenaich, ac alia Herzogenburg, ac alia Hostenburg, ac alia Heyn, ac alia Inzerstorf, ac alia Karlstetten, ac alia Kasten, ac alia Kappellien, ac alia Mauten, ac alia Mählbach, ac alia Nusdorff, ac alia Obrinzberg, ac alia Oberwalbling, ac alia Pottembrum, ac alia Podensee, ac alia Prand, ac alia Rossatz, ac alia Rust, ac alia Reidling, ac alia s. Andre in det Trasen, ac alia s. Polten, ac alia Sthollofen, ac alia sancti Georgen, ac alia Hosseng, ac alia Stainaveeg, ac alia Trasenmaret, ac alia Weissen Kirchen, ac alia Zwentendorff respective nuncupatæ = Ac alius decanatus Laureacensis, etiam nuncupatus, et sub

eo similiter comprehensæ parochiales ecclesiæ infrascriptæ, scilicet, præpositura Ardagget nuncupata, nec non una etiam Ardagget, ac alia Arnstetten, ac alia Alhartsberg, ac alia Aspach, ac alia Biberbach, ac alia Conradsheim, ac alia Erlaklostet, ac alia Euratsfelden, ac alia Gressling, ac alia Haag, ac alia Hatdershofen, ac alia Kimberg, ac alia Kollmünzberg, ac alia Maria Tafert, ac alia Heuhofen, ac alia Oed, ac alia Oeling, ac alia Opponitz, ac alia Eottstorf, ac alia Kottes, ac alia Kirchschlag, ac alia Laimburch, ac alia Lucham Jarl, ac alia Munichneith, ac alia Marbach, ac alia Neukirchen, ac alia Kiedervanna, ac alia Nöchling, ac alia Ottenschlag, ac alia Poggstall, ac alia Pishing, ac alia Pobring, ac alia Persenberg, ac alia Raxendorff, ac alia Reinprechts, ac alia s. Oswald, ac alia Spitz, ac alia s. Joann, ac alia s. Martinsberg, ac alia Sollingberg, ac alia Unteranna, ac alia s. Veitten, ac alia Watdhausern, ac alia Vosendorff, ac reliquæ parochiales ecclesiæ Weissen Kirchen respective nuncupatæ = ac alius decanatus Waydhofensis, et sub eo itidem contentæ parochiales ecclesiæ infrascriptæ, scilicet una Aigen, ac alia Aliensterg, ac alia Buch, ac alia Dobersberg, ac alia Dietmanns, ac alia Eysgarn, ac alia Egger, ac alia Gexenbach, ac alia Gmundt, ac alia Gastern, ac alia Heidenreichstein, ac alia Haselbach, ac alia Kauzen, ac alia Langegg, ac alia Litschau, ac alia Münichreith, ac alia Obergrienbak, ac alia Puchbak, ac alia Scaffenschlag, ac alia Reibers, ac alia Reingers, ac alia Rottenschachen, ac alia Setnems, ac alia Speissendorff, ac alia Scheiddorff, ac alia Seyfritz, ac alia Schwarzza, ac alia Ohaya, ac alia Vibis, ac alia Windigo-teing, ac alia Waldkirchen, ac alia Wadhofen, ac reliquæ parochiales ecclesiæ Zuggers respective nuncupatæ = Ac alius decanatus Rappsensis itidem nuncupatus, et sub eo similiter comprehensæ parochiales ecclesiæ infrascriptæ, nempe una Altenburg, ac alia Altenpolla, ac alia Dietmaunstorff, ac alia Drey Aichen, ac alia Dollershaïm, ac alia Edlbach, ac alia Fridersbach, ac alia Franzen, ac alia Epossau, ac alia Gros Poppen, ac alia Horn, ac alia Idolzperg, ac alia Kramau, ac alia Modring, ac alia Neukirchen, ac alia Neupolla, ac alia Niedergrinbach, ac alia Hiederrondorff, ac alia Obernondorff, ac alia Prand, ac alia Rastensfeld, ac alia Röhronbach, ac alia Rapps, ac alia Streggen, ac alia s. Marein;

ac alia s. Bernard, ac alia Sigbaris, ac reliquæ parochiales ecclesiæ Wildberg respective nuncupatæ = Ac alius decanatus Obermarkerstorffensis nuncupatus, et sub eo similiter extantes parochiales ecclesiæ infrascriptæ, videlicet una Blumau, ac alia Drosendorff, ac alia Eibenstein, ac alia Egenburg, ac alia Felling, ac alia Geras, ac alia Gottfritz, ac alia Hardegg, ac alia Hort, ac alia Jappous, ac alia Kirchberg Ander Wild, ac alia Koltau ac alia Langau, ac alia Nichasberg, ac alia Nondorff, ac alia Oberhoflein, ac alia Pernegg, ac alia Pleissig, ac alia Radingersdorff, ac alia Roggendorff, ac alia Salla Palka, ac alia Tkeras, ac alia Weikartschlag, ac alia Walkenstein, ac alia Weittersfeld, ac reliquæ parochiales ecclesiæ Ziezerstorff respective nuncupatæ = Ac alius decanatus Cremsensis nuncupatus, et sub eo comprehensæ parochiales ecclesiæ infrascriptæ videlicet una Braun Im Feld, ac alia Eremis, ac alia Eglsee, ac alia Gobelspurg, ac alia Gfoll, ac alia Imbach, ac alia Langenlois, ac alia Liechteneu, ac alia Loiwein, ac alia Lengenfeld, ac alia Loiben, ac alia Mittelberg, ac alia Meisling, ac alia Rohrendorff, ac alia Rastbach, ac alia Schonberg, ac alia Stratzing, ac alia Senftenberg, ac alia Stein, ac alia Stilttern, ac alia Thürstein, ac alia Theiss, ac reliquæ parochiales ecclesiæ Zobing respective nuncupatæ = Nec non reliquus decanatus Schongrabernensis nuncupatus, et sub eo pariter existentes parochiales ecclesiæ infrascriptæ, videlicet una Burgschleinitz, ac alia Freischling, ac alia Gars, ac alia Kunnering, ac alia Maigensis, ac alia Reinprechtspolla, ac alia Stokern, ac alia s. Leonhardin Homet Wald, ac reliquæ parochiales ecclesiæ Unterplank respective nuncupatæ apostolica auctoritate prædicta perpetuo quoque dismembramus, dividimus, et separamus.

Jurisdictione no.
vi episcopi
statuitur.

§. 8. Ac in suprascripta ejusdem diœcesis, seu districtus, aut territorii Passaviensis parte, eisdemque decanatibus, et parochialibus ecclesiis, sic dismembrata, divisa, ac separata, ac dismembratis, divisis, et separatis respective contentas utriusque sexus personas, habitatores, et incolas tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos quoscumque (non tamen exemptos) cujuscumque sexus, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria modernorum prælatorum, quorum ad id expressus accedit assensus, et pro tempore existentium episcopi,

ac capituli, et canonicorum Passaviensium jurisdictione, potestate, superioritate, et auctoritate dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo disingimus, et eximimus, nec non prædictum oppidum sancti Hippolythi in civitatem episcopalem per Nos, ut præfertur, erectum, eandemque ipsius diœcesis, seu districtus, aut territorii Passaviensis partem, et in eo respective comprehensos decanatus, et parochiales ecclesias, tam supra dictam sylvam Viennensem, quam supra eundem montem Manhardi respective sitos, et sitas, ac, ut præfertur, sic dismembrata, dismembratos, ac dismembratas, nec non sub eis respective contentas, utriusque sexus personas, habitatores, et incolas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos quoscumque (non tamen exemptos) ut supra expressos præfatos, ac similiter, ut præfertur, disjunctos, et exemptos novæ ecclesiæ episcopali sancti Hippolythi, illiusque futuro præsuli pro suis civitate, territorio, ac diœcesi, nec non clero, et populo apostolica auctoritate prædicta, etiam perpetuo concedimus, et assignamus, et respective ordinariæ ejusdem pro tempore futuri episcopi sancti Hippolythi jurisdictioni, potestati, superioritati, et auctoritati, ita quod liceat personæ eidem ecclesiæ sancti Hippolythi, tam nunc a primæva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutæ in episcopum præficiendæ per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris diœcesani in dicto oppido in civitatem episcopalem, ut præfertur erecto, totaque diœcesi sancti Hippolythi, ut præfertur concessa, et assignata propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam hujusmodi perpetuo retinere ejusdem moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Viennensis Austriæ prædictæ, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita dicta apostolica auctoritate, itidem perpetuo supponimus, atque subii-cimus.

§. 9. Et insuper mensæ episcopali ipsius ecclesiæ sancti Hippolythi per Nos, ut præfertur erectæ, et institutæ pro illius dotatione, et ad hoc ut idem pro tempore futurus episcopus sancti Hippolythi statum suum juxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeat annuam summam quin-

Assignatio
mensæ episco-
pali.

decim millium florenorum monetæ illarum partium, videlicet septem mille florenos pares ex redditibus episcopalis mensæ Neostadiensis per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ provenientes, et respective percipiendos. Reliquos vero octo mille florenos similes per eundem Josephum regem, et imperatorem in ipsius novæ mensæ episcopalis sancti Hippolythi supplementum annuatim, ut accepimus, persolvendos, seu qui jam persolvuntur præter fructus ex dynastia Gulenbrunn nuncupata provenientes, et ab eodem Josepho rege, et imperatore ex mera sui liberalitate donatos simili apostolica auctoritate pariter perpetuo attribuiramus, et incorporamus, ipsique pro tempore futuro episcopo sancti Hippolythi pro sui habitatione ædes prope dictam cathedralem ecclesiam per Nos, ut præfertur, erectam, et institutam existentes, et ab ipso Josepho rege, et imperatore jam, ut etiam accepimus, designatas, atque ad præmissum episcopalis habitationis effectum aptantur eadem apostolica auctoritate perpetuo quoque addicimus, et concedimus.

§. 10. Ac præterea, ut dignitates ac canonicatus, et præbendæ ejusdem cathedralis ecclesiæ sancti Hippolythi per Nos, ut præfertur, erectæ, et institutæ, et per modum subrogationis, seu translationis hujusmodi respective erecti, et instituti de congrua respective etiam dotatione provideantur, illasque, et illos pro tempore respective obtinentes, onera eis pro tempore respective incumbentia supportare valeant, dicto vicariatu generali, eique annexo prædicto, videlicet unam triummillium, ac eidem præposituræ, eique pariter annexo aliam mille, et ducentorum, ac dicto decanatu, eique similiter annexo aliam aliorum mille, et ducentorum, ac prædictæ custodiæ, eique eidem annexo canonicatibus aliam aliorum mille, et ducentorum; cuilibet vero reliquorum trium ex septem canonicatibus, ut supra, per modum subrogationis, seu translationis hujusmodi per Nos, ut præfertur, erectis, et institutis reliquam respective annuas summas mille circiter florenorum dictæ monetæ pro illarum, et illorum respectiva præbenda eadem apostolica auctoritate, similiter perpetuo applicamus, et assignamus, eisdemque futuris, et pro tempore existentibus capitulo, et canonicis dictæ cathedralis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, erectas, et erectos hujusmodi, tam pariter hac prima vice a primæva illo-

rum, et illarum erectione, et institutione per Nos, ut præfertur, factis vacantes, quam etiam deinceps quoties illos, et illas ex personis eas, et eos pro tempore respective obtinentibus pari apostolica auctoritate reservamus.

§. 11. Decernentes præsentés semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque integros, et plenarios effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima etiam ex eo, quod causæ propter quas eadem præsentés emanarunt adductæ, verificate, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, aut intentionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, aut intentionis Nostræ, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuum mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, ratione, vel causa etiam quantumvis juxta, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostræ, et aliis superius expressis nullibi appareret, aut alias probari posset notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, apositionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se jvari in judicio, et extra illud posse, neque easdem præsentés sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apo-

Contra executionem literarum, omne juris remedium subinovatur.

Proventus canonicorum, et cathedralis ecclesie declarantur.

stolicæ regulas quandocumque, etiam in crastinum assumptionis Nostræ, ac successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ex quibuscumque causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiamsi in eis de eisdem præsentibus, eorumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendere, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse.

Clausula sub-
lata, et doctri-
na irritans.

§. 12. Sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, aliosve quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate et auctoritate in quocumque iudicio, et in quacumque instantia iudicari, et definitum debere, irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 13. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, et cancellariæ apostolicæ prædictæ regula de iure quæsito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati ab ecclesiis membra dividi, ac distingui prohibentis, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus pro tempore concessis, et concedendis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum

non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, ac valide hac vice dumtaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine huiusmodi harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 14. Volumus autem quod dicta ecclesia sancti Hippolythi per Nos, ut præfertur, erecta, et instituta juxta redditus prædictos illius episcopali mensæ, etiam, ut præfertur, applicatos, et assignatos (firma tamen remanente taxa prædictæ ecclesiæ Passaviensis) de more ad 500. florenos auri, et huiusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat.

Præscriptum de
referendo red-
ditu ecclesiæ
in libris cam-
eræ apostoli-
cæ.

§. 15. Per præsentem autem nunciū prædictum in dicta civitate Viennensi Austriæ huiusmodi, ut præfertur, commorantem in executorem earundem præsentium quoad illarum executionem tantum apostolica auctoritate prædicta deputamus, nec non prædicto nuncio facultatem, ut ipse quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam in executione prædicta subdelegare libere, et licite valeat eidemque pariter nuncio, seu personæ prædictæ ab eo, ut præfertur, subdelegandæ facultatem quoque, ut ipse, seu ipsa integram præmissorum observantiam, sub quibusvis sententiis, censuris, et pænis ecclesiasticis præcipere, ac etiam super quacumque oppositione adversus eadem præmissa oritura, servatis tamen quæ fuerint de iure servanda, definitive pronuntiare libere, et licite possit dicta apostolica auctoritate concedimus et impartimur.

Electio execu-
toris apostoli-
ci.

§. 16. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, prioris sejunctionis, exemptionis, dismembrationis, divisionis, separationis, incorporationis, et adjunctionis, nec non posterioris suppressionis, ex extinctionis, ac erectionis, institutionis, voluntatis, et statuti, nec non posterioris etiam dismembrationis, divisionis, separationis, disjunctionis, exemptionis, assignationis, suppositionis, subjectionis, ac attributionis, incorporationis, adjectionis, con-

Sancti pos-
nalis.

cessionis, applicationis, facultatis impartitionis, reservationis, ac decreti derogationis, ac alterius voluntatis, et deputationis, nec non posterioris quoque facultatis impartitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, quinto kalendas februarii, pontificatus Nostri anno nono.

CDLXXIII.

Erectio sedis episcopalis in ecclesia Lincensi.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Romanus Pontifex, quem decet tamquam patrem familias super universos. Christifideles suam exercere dilectionem, præsertim tamen erga illos, qui legali potestate præditi, et ipsi præcipua vigilantia animarum, populorum salutem scrutantur studium omne, ac sollicitudinem suam adhibere consuevit, ut ea, quæ orthodoxæ fidei propagationem, divini que cultus decorem, et incrementum probe statuerunt ex apostolica benignitate valeant commendationem simul, et firmitatem promereri.

§. 2. Cum itaque alias dilectus filius Noster Franciscus tituli sanctorum Nerei, et Achillei, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis de Herzan de Haras nuncupatus charissimi in Christo filii Nostri Josephi II. Romanorum Bohemiæ, et Hungariæ regis apostolici in imperatore electi apud Nos, et Sedem apostolicam administrator plenipotentiarius Nobis exposuerit, quod dictus Josephus rex, et imperator pro catholici principis debito ad excitandum orthodoxæ religionis incrementum, suorumque subditorum operandam animarum salutem, meliori mediante spirituali regimine, et gubernatio suis in ditionibus inducendo plurimum desiderio ferebatur, ut in oppido civitate nun-

cupato Lincensi, prævia illius in civitatem episcopalem erectione una sedes episcopalis institueretur, et infrascripta inibi existens parochialis ecclesia (illius titulo collativo perpetuo, ut infra suppresso et extincto) in cathedralem ecclesiam, etiam perpetuo erigeretur, et cætera alia infrascripta per Nos fierent

§. 3. Cumque Nos tam pia studia dicti Josephi regis, et imperatoris tunc obsecundare intendentes dilecto etiam filio Nostro, et Sedis apostolicæ nuncio in civitate Viennensi Austriæ commoranti successive vigore decreti a Nobis sub die secunda mensis augusti proxime præteriti approbati, ut ipse nuncius causis dictæ erectionis, illiusque necessitate rite perpensis de illis juxta instructionem in ipso decreto contentam inde referret apostolica auctoritate commiserimus. Novissime vero ex processu desuper confecto, et a nuncio prædicto ad urbem transmissio accepimus, quod hujusmodi erectionis necessitate re ipsa existente, si in dicto oppido inus episcopatus, modo tamen et forma inferius exprimentis institueretur, maxima quidem ipsius oppidi, aliorumque infrascriptorum districtuum respective habitatoribus in spiritualibus eveniret utilitas.

§. 4. Quodque ad opus tam grande rite perficiendum accedens quoque venerabilis frater Noster modernus episcopus Passaviensis, ut a sua Passaviensi diocesi districtus ipsi infrascripti, et in eis respective contenta decanatus parochiales ecclesiæ, ac vicariatus monasteria canonica, nec non archidiaconatus, et alia beneficia ecclesiastica infrascripta ad præmissum erectionis effectum perpetuo, ut infra, dismembrarentur consensit.

§. 5. Nos propterea tam laudabilibus prædicti Josephi regis, et imperatoris inclita majorum suorum pietatis exempla emulantis votis hæerere, nec non precibus ipsius Francisci cardinalis ejusdem Josephi regis, et imperatoris nomine hac in parte Nobis enixe porrectis annuere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine parochialem ecclesiam beatæ Mariæ virginis in Cælum Assumptæ in dicto oppido existentem, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et assentiam parochialis ecclesiæ collativæ, ita quod illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinat, et de cætero uti talis in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impe-

Nuncius apostolicus respect de utilitate erectionis.

Accessit consensus episcopi Passaviensis.

Extinguitur titulus collativus ecclesiæ parochialis s. Mariæ in Cælum Assumptæ

Dat. Romæ
29. Januarii
1784
anno nono.

Premium.

Imperatorerectionem. flagitavit.

trari, seu de illa quovis modo disponi amplius nequeat, et si illa deinceps ullo unquam tempore conferri, seu impertrari, vel alias de illa disponi contigerit collationes, impetrationes, aliaque dispositiones de illa pro tempore quomodolibet factæ, nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuatur apostolica auctoritate perpetuo supprimimus, et extinguimus.

Erectio oppidi in civitatem.

§. 6. Illaque sic suppressa, et extincta dictum oppidum civitatem, ut præfertur, nuncupatam Linciensem in civitatem episcopalem Linciensem, ut antea nuncupandam, cum omnibus juribus, honoribus, præeminentiis, et prærogativis, quibus aliæ civitates pontificali sede insignitæ utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum.

Erectio ecclesie in cathedraliam.

§. 7. Præfatam vero parochialem ecclesiam, ut præfertur, suppressam, et extinctam in cathedraliam ecclesiam archiepiscopo Viennensi in Austria prædicta suffraganeam, eique metropolitico jure subjectam sub invocatione ejusdem beatæ Mariæ virginis in Cælum Assumptæ, quæ etiam, ut antea, parochialis existat, et in ea sedem, ac dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo Linciensi nuncupando, qui eidem ecclesie Linciensi, illiusque civitati prædictæ, ac diocesi etiam Linciensi, ut infra constituendæ, et assignandæ præsit, abbates, inferiores prelatos, et alios ad synodum convocet, ac omnia, et singula jura, officia, et munia episcopalia habeat, et exercent, cum suis capitulo infrascripto, sigillo, arca, mensa episcopali, cæterisque pontificalibus signis, insigniis, nec non juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus aliæ nationis Germanicæ episcopales ecclesie, earumque præsules, non tamen titulo oneroso (seu ex privilegio particulari) similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum.

Declarantur dignitates capituli.

§. 8. In ipsa vero cathedrali ecclesia Linciensi unum vicariatam generalem nuncupatum, qui post pontificalem hujusmodi major cum uno canonicatu, et una præbenda pro uno canonico vicario generali nuncupando, qui caput capituli dictæ cathedralis ecclesie Linciensis existat, iisque gaudeat præemi-

nentiis, quæ de jure sibi competere possunt, et debeat, nec non unam præposituram, quæ secunda cum alio pariter canonicatu, et alia præbenda pro alio canonico præposito, ac unum decanatum, qui tertia, cum alio similiter canonicatu, et alia præbenda pro alio canonico decano, ac unam custodiam, quæ quarta respective dignitates in dicta cathedrali ecclesia Linciensi existant cum alio itidem canonicatu, et alia præbenda eidem dignitatibus respective invicem perpetuo unitis extituris pro alio canonico custode, etiam respective nuncupando. Ac aliquos tres canonicatus, totidemque præbendas pro tribus aliis futuris mere canonicis ejusdem cathedralis ecclesie Linciensis, qui illius capitulum constituent, et apud eam personaliter residere, ac in ea his diebus horas canonicas, tam diurnas, quam nocturnas, aliaque divina officia devote, ac cum debita mentis attentione, servataque ecclesiastica disciplina recitare, decantare, et psallere, divinisque officiis, tam diurnis, quam nocturnis hujusmodi interesse, ac alias eidem cathedrali ecclesie Linciensi, laudabiliter deservire teneantur. Similiter cum choro, stallo, arca, et sigillo communibus, aliisque signis, ac insigniis cathedralibus; quique omnibus, et singulis privilegiis, et prærogativis gaudere possint, et valeant, quibus capitula, et canonici aliarum cathedralium ecclesiarum in archidiaconatu Austriæ prædictæ consistentium (non tamen titulo oneroso acquisitis) gaudere solent, ac possunt ad Dei Omnipotentis laudem, et gloriam, ejusdemque Virginis Mariæ honorem, fideique catholicæ exaltationem apostolica auctoritate prædicta perpetuo erigimus, et instituimus.

§. 9. Volentes tamen, et eadem apostolica auctoritate statuentes, quod futurus episcopus Linciensis in dicta cathedrali ecclesia per Nos, ut præfertur erecta, et instituta unam theologalem, et alteram pœnitentiariam præbendas ad præscriptum concilii Tridentini erigere debeat conscientia ejusdem futuri episcopi Linciensis desuper onerata remanente, quodque insuper in dicta cathedrali per Nos, ut præfertur, erecta, et instituta, quæ etiam, ut antea parochialis existat, ut præfertur pro animarum dilectorum filiorum illius parochianorum curæ exercitio unus parochus, nec non quatuor vicarii curati nuncupandi in exercitio curæ animarum hujusmodi, eidem parochæ pro tempore extituro coadjuvantes per ipsum pro

Præcipitur erectio præbendarum theologalis, et pœnitentiariæ.

tempore futurum episcopum Linciensem respective examinandus, et examinandi, et ad curam animarum hujusmodi exercendam respective approbandus, et approbandi, alique insuper quinque vicarii chorales iidem nuncupandi, eidem cathedrali ecclesie per Nos, ut praeferatur, erectae, et institutae, illiusque choro praedicto in divinis inservientes adesse, et respective institui debeant.

Constitutio
novae diocesis

§. 10. Ac praeterea, ut praedictae episcopalis ecclesiae Linciensis per Nos, ut praeferatur, erectae, et institutae diocesis constitui possit ab ecclesia Passaviensi, illiusque diocesi totam Austriam superiorem trans Onasum sitam Germanice vero *Oesterreich ob der Enns* nuncupatam, nec non partem illam Bavariae Austriacae ditioni subjectam vulgo *das Inviertel* nuncupatam, quarum utraque sub eadem Passaviensi diocesi tantum comprehenditur, et in quibus districtus, seu decanatus, nec non collegiatae, et parochiales ecclesiae, ac vicariatus, et monasteria canonica, et archidiaconatus, ceteraque beneficia ecclesiastica, saecularia, et regularia infrascripta sita reperiuntur videlicet = Decanatus Linciensis, et sub eo comprehensae parociae, seu parochiales ecclesiae saeculares infrascriptae, una scilicet de Lintz, ac alia sancti Marcii, ac alia Hartkirchen, ac alia Haybac, ac alia Waizenkirchen, ac alia Natternbach, ac alia Waldkirchen prope Wesen, ac alia Michelbach, ac alia Pevorbach, ac alia Waldneukirchen, ac alia Puckin, ac alia Leonstein, ac alia Efferding, ac alia Schleishaim, ac alia Grienburg, ac alia Horsching, ac alia Holzhausen, ac alia Wolfers, ac reliquae parociae saeculares Sirning respective nuncupatae locorum = Regulares vero parociae una scilicet Ansfelden, ac alia Sippachzell, ac alia Kemmatten, ac alia Weissenkirchen, ac alia Kirchberg, ac alia Steyer, ac alia Neustift, ac alia Molln, ac alia Stainbach, ac alia Hofkirchen, ac alia sanctae Mariae Kierchen, ac alia Ebelsperg, ac alia Dietach, ac alia Schönering, ac alia Ailken, ac alia Stain, ac alia Waltern, ac reliquae parociae regulares hujusmodi Harghsperg respective etiam nuncupatorum locorum; nec non monasterium Cremifanense cum parochiali ecclesia claustrali, ac canonica sancti Floriani similiter cum parochiali ecclesia claustrali, ac aliud monasterium Garstense nuncupatum, itidem cum parochiali ecclesia claustrali, ac aliud monasterium Glunicense pariter nuncupatum cum parochiali quoque ecclesia

claustrali, ac reliquum monasterium sancti Benedicti, seu alterius respective ordinis Cellae angelorum etiam nuncupatum similiter cum parochiali ecclesia claustrali = ac unus Neukirchen ad Ypfrin, et alter respective vicariatus Leonding respective nuncupati locorum; nec non beneficia ecclesiastica infrascripta, unum scilicet hospitalis Licensis, ac aliud Furstembergianum dictum ibidem, ac aliud Peisorianum nominatum Lincii, ac aliud loci Aschach, ac aliud loci Peverbach, ac aliud loci Traun, ac aliud hospitalis Efferdingensis, ac aliud loci Efferding, ac aliud ibidem, ac aliud Schaumburg, ac aliud sanctissimae Trinitatis loci Steyr, ac aliud ad L. Annam ibidem, ac aliud Truedianum dictum ibidem, ac aliud ad sanctum Nicolaum ibidem, ac aliud ad sanctum Aegydius, ac aliud loci Marchtrenck, ac reliquum beneficia ecclesiastica hujusmodi loci Ottstorff nuncupati = Ac alius decanatus Laureacensis, etiam nuncupatus, et sub eo contentae parochiae, seu parochiales ecclesiae saeculares infrascriptae, videlicet una Enns, ac alia Oppaniz, ac alia Bohamberg, ac alia Ginstetten, ac alia Neuhofen, ac alia Hollustain, ac alia Gossling, ac alia Waidhofen ad Ypsim, ac alia s. Peter in Augea, ac alia Strenberg, ac alia Sindlbürg, ac alia Haag, ac alia s. Valentin, ac alia Wincklarn, ac alia s. Pantaleon, ac reliquae parochiae, seu parochiales ecclesiae saeculares hujusmodi Erlakloster respective nuncupatae, nec non saecularis collegiata ecclesia Ardagger cum ei perpetuo canonice unita, seu annexa parochiali ecclesia = Parochiae vero, seu parochiales ecclesiae regulares infrascriptae, scilicet una Aspach, ac alia Allhartsberg, ac alia Ybsiz, ac alia Windkaug, ac alia Wolfsbach, ac alia Neustadt, ac alia Haidershofen, ac alia Jontagberg, ac alia Piberbach, ac alia s. Georgen prope Klaus, ac alia s. Michael, ac alia Gofflenz, ac alia Losenstein, ac alia Raming, ac alia Ternberg, ac reliquae parochiae, seu parochiales ecclesiae regulares hujusmodi Veyer respective nuncupatae = Nec non monasterium Seitenstellense etiam nuncupatum ejusdem sancti Benedicti, seu alterius ordinis cum parochiali ecclesia claustrali, ac infrascripti vicariatus, unus videlicet Weistrach, ac alius Kunberg, ac alius Vichadorf, ac alius Ulmerfelden, ac alius Euratsfelden, ac alius Ernstofen, ac alius s. Georgen prope Ybbsfeld, ac alius Kronstorff, ac aliud Kollmizberg, ac

alius s. Stephan prope Hardt, ac reliquus vicariatus hujusmodi s. Leonhardt respective nuncupati = Nec non beneficium ecclesiasticum loci Waidloefen ad Ybbsim = ac alius decanatus Treystadiensis nuncupatus, et sub eo pariter comprehensæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ sæculares infrascriptæ, videlicet una Treystadt, ac alia Guettau, ac alia s. Leonhardt, ac alia Wartberg, ac alia Woitersfelden, ac alia Kreiizing, ac alia Greing, ac alia Naarn, ac alia Hellmonsoedt, ac alia Gallneu Kirchen, ac alia Reichentall, ac alia Zell prope Zelthof, ac alia Tragein, ac alia Schonau, ac alia Reichenau, ac alia Pierbach, ac alia Raimbach, ac alia Leopoldschlag, ac alia Weissenbach, ac alia Pabneukirohen, ac alia Schwerdtberg, ac alia Steyregg, ac alia s. Georgen ad Gusam, ac alia Kemermarkt, ac alia Perg, ac alia Sandal, ac alia Reeberg, ac reliquæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ sæculares hujusmodi Lichtenau respective nuncupatæ = Parochiæ vero, seu parochiales ecclesiæ regulares infrascriptæ, scilicet, una Grienbach, ac alia Lassborg, ac alia Ried, ac alia Matthausen, ac alia Königswiesen, ac alia s. Georgen, ac alia Saxen, ac alia Mitter Kirchen, ac alia s. Thoma, ac alia Arbing, ac alia Sergkirchen, ac alia s. Nicola penes Struden, ac alia Hofkirchen, ac alia Altenburg, ac alia Munzbach, ac alia Monnichsdorf, ac alia Dimbach, ac alia Windhaag, ac reliquæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ regulares hujusmodi Oswald respective nuncupatæ = Nec non monasterium Baumargentemburgense ejusdem sancti Benedicti, seu alterius ordinis cum parochiali ecclesia claustrali, ac unus Neumarckt, ac alius Hirschbach, ac reliquus respective vicariatus Schenken felden respective nuncupati = Nec non beneficium ecclesiasticum confraternitatis sanctissimi corporis Christi loci Freystadt, ac alius decanatus Gaspoltskoviensis nuncupatus, et sub eo similiter comprehensæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ sæculares infrascriptæ, videlicet una Atzbach, ac alia Kallham, seu Taufkirchen, ac alia Pichl, ac alia Hofkirchen ad Trattriam, ac alia Histershaim, ac alia Meggenhofen, ac alia Rottenbach, ac alia Gaspoltsofen, ac alia Schwannestadt, ac alia Gunskirchen, ac alia Gallspach, ac alia Wells, ac alia Schonau, ac alia Riedau, ac reliquæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ sæculares hujusmodi s. Georgen prope Tolleh respective

nuncupatæ = parochiæ vero seu parochiales ecclesiæ regulares infrascriptæ una scilicet Aichkirchen, ac alia Neukirchen, ac alia Grieskirchen, ac alia Wimpach, ac alia Roitham, ac alia Vocklabruck, ac reliquæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ regulares hujusmodi Puechkirchen respective itidem nuncupatæ, nec non monasterium Lambacense nuncupatum ejusdem sancti Benedicti, seu alterius respective ordinis similiter cum parochiali ecclesia claustrali, ac etiam vicariatus infrascripti nempe unus Ampflwang, ac alius Ungenach, ac alius Wendling, ac alius Folling, ac alius Offenhausen, ac alius Haag prope Stahrnberg, ac alius Thaham, ac alius Potting, ac alius Pramkirchen, ac alius Dorf, ac reliquus vicariatus hujusmodi Geboltskirchen respective nuncupati = nec non pariter beneficia ecclesiastica infrascripta, unum scilicet loci Wolfregg, ac aliud hospitalis Welsensis, ac aliud loci Vocklabruck, ac aliud loci Schwannenstadt, ac aliud Hohenfeldianum dictum loci Wels, ac aliud loci Pramkirchen, ac aliud loci Kallham, ac aliud loci Neumarckt prope Kallam, ac aliud loci Zell prope Pettenfurt, ac aliud loci Stainakirchen, ac aliud loci Giesperg, ac aliud loci Haag prope Stahrnberg, ac aliud Baronianum nuncupatum loci Wels, ac aliud loci Koppach, ac aliud loci Azbach, ac reliquum beneficia ecclesiastica hujusmodi Prechenstainerianum nuncupatum loci Nofkirchen ad Trattnam respective etiam nuncupata = Ac alius decanatus Altenfeldensis nuncupatus, et sub eo existentes parochiæ, seu parochiales ecclesiæ sæculares infrascriptæ, videlicet una Sfarrkirchen, ac alia Sarleinsbac, ac alia Altenfelden, ac alia Kirchberg ad sylvam, ac alia s. Johann penes Winberg, ac alia s. Veith, ac reliquæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ sæculares hujusmodi Helfenberg respective nuncupatæ = Parochiæ vero, seu parochiales ecclesiæ regulares infrascriptæ, scilicet una Haslach, ac alia Oswald, ac alia Rohrbach, ac alia Niederwadkirchen, ac alia s. Peter penes Wimberg, ac alia s. Martin, ac alia Waldingh, ac alia Feldkirchen, ac alia Grammastellen, ac alia Weissenbach, ac alia Kurzenzwettl, ac alia Haberneu Kirchen, ac alia Leonfelden, ac alia Aigen, ac reliquæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ regulares hujusmodi Wrichsberg respective nuncupatæ, nec non canonica Plagensis similiter cum parochiali ecclesia claustrali. Ac

vicariatus pariter infrascripti, videlicet unus Hoskirchen, ac alius Hiedernkappel, ac alius Peillstein, ac alius Lembach, ac alius Puzleinstorf, ac reliquus vicariatus prædicti Neufelden respective nuncupati. Beneficia vero ecclesiastica etiam infrascripta nempe unum penes Perg, ac aliud loci Langhalsen, ac aliud loci s. Leonhardt, ac reliquum beneficia hujusmodi loci Wanenberg respective nuncupata = ac alius decanatus Gmundensis itidem nuncupatus, et sub eo existentes quoque infrascriptæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ videlicet una s. Georgen in Attergey, ac alia Gmanden, ac alia Schorfling, ac alia Plasting, seu Vochlamarkt, ac alia Frankenmarkt, ac reliquæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ sæculares hujusmodi Vindischgarsten respective nuncupata, nec non canoniam Hospitalensis ad Pyrrhum cum ei perpetuo canonice annexa parochiali ecclesia = Parochiæ vero, seu parochiales ecclesiæ regulares infrascriptæ una scilicet Stainbach, ac alia Thaleim, ac alia Stainkirchen, ac alia Gottenbach, ac alia Tischllam, ac alia Vorchdorf, ac alia Wiectwang, ac alia Wartberg, ac alia Kirchdorf, ac alia Abstorf, ac alia Oberwang, ac reliquæ parochiales ecclesiæ regulares hujusmodi Griennau respective nuncupata. Ac monasterium Selierbacense nuncupatum, cum parochiali ecclesia claustrali, ac aliud monasterium prædicti sancti Benedicti, seu alterius ordinis Lunælacense etiam nuncupatum cum simili parochiali ecclesia claustrali = Nec non infrascripti pariter vicariatus, unus nempe Weyeregg, ac alius Untrach, ac alius Laarkirchen, ac alius Frankenburg, ac alius Gumpert, ac reliquus vicariatus hujusmodi Neukirchen respective nuncupati; nec non una parochia, seu parochialis ecclesia regularis Seewalcken etiam nuncupata = Beneficia vero ecclesiastica infrascripta unum scilicet loci s. Agatha, ac aliud loci Ausee, ac reliquum beneficia hujusmodi loci Orth = Ac alius decanatus Andorfensis pariter nuncupatus, et sub eo etiam comprehensæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ sæculares infrascriptæ, videlicet una Andorf, ac alia Esternberg, ac alia Kopfling, ac alia Munzkischen, ac alia Wehrstain, ac alia Obernberg, ac alia Scharding, ac alia Schaffenberg, ac reliquæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ sæculares prædictæ s. Maria Kirchen respective nuncupata = Parochiæ vero, seu parochiales ecclesiæ regulares infrascriptæ, scilicet una Andessenhofen, ac alia Orth, ac alia

Raab, ac alia Tauskirchen, ac reliquæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ regulares prædictæ Zell respective etiam nuncupata; nec non canoniam Reicherspergensis cum parochiali ecclesia claustrali = Ac pariter infrascripta beneficia ecclesiastica, videlicet unum loci Scharding, ac aliud Eisenthallerianum nuncupatum ibidem, ac aliud ibidem, ac aliud Peswirthiniarum, etiam nuncupatum ibidem, ac aliud Geldigerianum pariter nuncupatum ibidem, ac aliud civicum nuncupatum similiter ibidem, ac aliud Asingerianum etiam ibidem, ac aliud loci Sigharding, ac aliud loci Brunenthal, ac aliud loci Kirchdorf prope Obernberg, ac reliquum beneficia hujusmodi hospitalis Obernbergensis respective etiam nuncupata = Ac alius decanatus Aschpacensis itidem nuncupatus, et sub eo pariter contentæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ sæculares infrascriptæ, scilicet una Aschpach, ac alia Geinberg, ac alia Mavernberg, ac alia Moverkirchen, ac alia Mosbach, ac reliquæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ sæculares prædictæ Rosbach respective nuncupata = Nec non unus Manning, ac alius s. Peter, ac reliquus vicariatus Hennhardt respective quoque nuncupati = Beneficia vero ecclesiastica infrascripta, unum nempe loci Maverkirchen, ac aliud loci Althaim, ac aliud loci Mambling, ac reliquum beneficia hujusmodi loci Aschpach = Ac alius decanatus Aurolzmonasteriensis etiam nuncupatus, et sub eo pariter consistentes parochiæ, seu parochiales ecclesiæ sæculares infrascriptæ, videlicet una Aurolzmünster, ac alia Peterskirchen, ac alia Oberswang, ac alia Gurten, ac alia Hochozell, ac alia Riedt, ac alia Taiskirchen, ac reliquæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ sæculares hujusmodi Waldzell respective nuncupata = Nec non etiam infrascripti vicariatus, nempe unus Mehrnbach, ac alius Tumeltsham, ac alius Uhenzennich, ac reliquus vicariatus prædicti Weilbach respective nuncupati = Beneficia vero ecclesiastica infrascripta, scilicet unum loci s. Morten, ac aliud loci Eberswang, ac aliud loci Ried, ac aliud Sudlerianum nuncupatum ibidem, ac aliud loci Andrichsfurt, ac reliquum beneficia prædicta loci Rigerding respective nuncupata = Ac reliquus decanatus Astellensis quoque nuncupatus, et sub eo etiam existentes parochiæ, seu parochiales ecclesiæ sæculares infrascriptæ, scilicet una Egglspurg, ac alia Tridburg, seu Lengau, ac alia Feging, seu Munderfing, ac alia Astett,

seu Lohen, ac alia Fischelsdorf, ac alia Palting, ac alia Sigertshaff, seu Kirchberg, ac reliquæ parochiæ, seu parochiales ecclesiæ prædictæ Feldkircken respectiue nuncupatæ; nec non sæcularis, et collegiata ecclesia Mattighoviensis cum parochiali ecclesia Scallen; ac una parochialis ecclesia regularis Strassvalchen = nec non unus Averbach, et alter respectiue vicariatus Uttendorf, etiam respectiue nuncupatus = Beneficia vero ecclesiastica infrascripta, scilicet unum loci Heiligenstadt, ac aliud hospitalis loci Mattighofen, ac reliquum beneficia hujusmodi loci Hard respectiue nuncupata = Pari modo archidiaconatus Ranshoviensis nuncupatus, et sub eo itidem comprehensæ parochiales ecclesiæ, una videlicet Braunau, et alteræ parochiæ seu parochiales ecclesiæ sæculares Geroldspurg similiter nuncupatæ = Nec non una Neunkirchen, et altera parochiæ, seu parochiales ecclesiæ regulares Handtenborg respectiue quoque nuncupatæ, prout etiam canonica Ranshoviensis cum parochiali ecclesia claustrali = Ac similiter beneficia ecclesiastica infrascripta, scilicet unum hospitalis Brunoviennensis, ac aliud Dorfling, et Zangbergianum nuncupatum loci Branaou, ac aliud Loderpogehoyerianum, etiam nuncupatum ibidem, ac reliquum beneficia ecclesiastica prædicta Holzlianum quoque nuncupatum ibidem respectiue existentia, pari apostolica auctoritate, similiter perpetuo dismembramus, diuidimus, et separamus, ac respectiue in dicta Austria superiore, et in prædicta Bavariæ parte, eisdemque districtibus, seu decanatibus, ac collegiatis, et parochialibus ecclesiis, nec non vicariatibus, ac monasteriis, canonici, et archidiaconatu hujusmodi, sic, ut præfertur, dismembratis, diuisis, et separatis respectiue contentos, utriusque sexus personas, habitatores, et incolas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, canonicos, beneficiatos, ac religiosos quoscumque (non tamen exemptos) cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria moderni prædicti, nec non dilectorum etiam filiorum modernorum ejus capituli, et canonicorum cujus, et quorum ad id expressus accedit assensus, et pro tempore existentis episcopi Passaviensis jurisdictione, potestate, superioritate, et auctoritate dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque disjungimus, et eximimus, ac prædictum oppidum Linciense in civitatem episcopalem, ut præfertur, erectum, eandemque Austriam superiorem, et Baya-

riæ partem prædictam, nec non districtus, seu decanatus, ac collegiatis, et parochiales ecclesiæ, nec non vicariatus, et monasteria, canonicas, et archidiaconatum, aliaque beneficia ecclesiastica, ut præfertur respectiue dismembratas, ac dismembratos, et dismembrata, et in eis omnes, et singulas respectiue, ut præfertur, comprehensas utriusque sexus personas, habitatores, et incolas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, canonicos, beneficiatos, et religiosos pariter quoscumque (non tamen exemptos) ut supra, ut præfertur, disjunctos, et exemptos novæ ecclesiæ episcopali Linciensi, ejusque futuro præsuli pro suis civitate, et diocesi (in quibus semper residere debet) ac clero, et populo eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et assignamus.

§. 11. Ac ordinariæ ejusdem pro tempore futuri episcopi Linciensis jurisdictioni, potestati, superioritati, et auctoritati; ita quod liceat eidem ecclesiæ Linciensi, tam nunc a primæva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutæ in episcopum præficiendo per se, vel alium seu alios ejus nomine, veram realem, et actualem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris diocesanæ in dicto oppido Linciensi in civitatem episcopalem, ut præfertur, erecto, nec non in tota diocesi Linciensi prædicta, etiam, ut præfertur, concessa, et assignata, propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam hujusmodi perpetuo retinere ejusdem modernæ, et pro tempore existentis archiepiscopi Viennensis in Austria prædicta, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita simili apostolica auctoritate, etiam perpetuo supponimus aique subiicimus.

§. 12. Nec non mense episcopali Linciensi prædictæ per Nos, ut præfertur, erectæ, et institutæ pro illius dotatione, et ad hoc ut idem pro tempore futurus episcopus Linciensis statum suum juxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeat annuam summam duodecim millium florenorum monetæ illarum partium a dicto Josepho rege, et imperatore, ut pariter accepimus perpetuo constitutam, eamque ab omni, et quocumque onere nunc imposito, et pro tempore quomodolibet imponendo, ac aliis in omnibus, et per omnia, et omnino quoad

Constitutur
episcopi juris-
dictio.

Mense episco-
pali constitu-
tio.

omnia prorsus liberam, immunem, et exemptam, ita ut prædictus Josephus rex, et imperator expensis consistorii nuncupatis, illiusque expeditionibus pro tempore faciendis, ut similiter accepimus, aliunde prospexerit dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo attribuimus, et incorporamus

Dos cathedralis ecclesie.

§. 13. Ipsique pro tempore futuro episcopo Linciesi, et cathedrali ecclesie in civitatem episcopalem, ut præfertur, erectam, et ab eodem Josepho rege, et imperatore, ut itidem accepimus, designatam, quæ valde decora existit, nullaque indiget reparatione simili apostolica auctoritate perpetuo quoque addicimus, et concedimus; ac præterea, ut dignitates, ac canonicatus, et præbendæ ipsius cathedralis ecclesie, ut præfertur, erectæ, et institutæ, ac erecti et instituti de congrua etiam respective dotatione provideantur, illasque, et illos pro tempore respective obtinentes onera, et obligationes eis respective incumbentes supportare valeant; vicariatus generali prædicto, eique adnexo, videlicet unam trium millium, ac eidem præposituræ, eique pariter annexo aliam mille, et ducentorum, ac dicto decanatus, eique similiter annexo aliam aliorum mille et ducentorum; ac prædictæ custodiæ, eique itidem adnexo, aliam aliorum mille et ducentorum; cuilibet vero reliquorum trium, et septem canonicatibus, ut supra erectis reliquam respective annuas summam mille florenorum dictæ monetæ pro illarum, et illorum respective præbendâ similiter in partibus iam, ut quoque accepimus, constitutas, et per unumquemque ex dignitates ac canonicatus, et præbendas prædictas, ut præfertur erectas, et erectos futuris pro tempore respective obtinentibus annuatim percipiendas, exigendas, et levandas, ac in eorum respective usus, et utilitatem convertendas eadem apostolica auctoritate perpetuo etiam applicamus, et assignamus. Eisdemque pro tempore futuris capitulo et canonicis dictæ cathedralis ecclesie Linciesi, ut præfertur, erectæ, et institutæ, ut ipsi pro ipsius sic erectæ cathedralis ecclesie, illiusque chori, ac capituli, illorumque rerum ac jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero felicique regimine, gubernio, et directione, nec non onerum illis respective incumbentium supportatione, ac divinorum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum, ac suffragiorum celebratione, et distributione quotidianarum, ac emo-

lumentorum quorumcumque presentium, et futurorum exactione, perceptione, et divisione, nec non pœnarum per absentes, et divinis officiis suis loco, et tempore non interessentes, seu onera, et ministeria eis, et eorum cuilibet incumbencia subire negligentes incurandarum incursum, ac singulorum presentium, et absentium notandis, nec non cæremoniis, et ritibus in dicta cathedrali ecclesia, ut præfertur, erecta, et instituta, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus hujusmodi servandis, ac quibusvis aliis rebus in præmissis; et circa præmissa quomodolibet necessariis, et opportunis quacumque statutis, ordinationes, capitula, et decreta, licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini prædicti minime adversantia, et per ipsum pro tempore futurum episcopum Linciesem prius examinanda, et approbanda edendi, et edita declarandi, et interpretandi, ac in meliorem formam redigendi, et reformandi, seu alia de novo ex integro condendi eisdem tamen sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini prædicti minime adversari, et, ut præfertur, per ipsum pro tempore futurum episcopum Linciesem prius etiam examinanda, et approbanda, et per eos ad quos spectat, et pertinet, ac pro tempore spectabit, et pertinebit observanda sub pœnis in contrafacientes statuendis plenam, liberam, et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et impartimur.

§. 14. Ac alterius eidem Josepho regi, et imperatori ejusque in archiducatu Austriæ successoribus pro tempore existentibus jus nominandi, seu presentandi Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti infra tempus a jure præfixum ad episcopalem ecclesiam Linciesem hujusmodi, ut præfertur, erectam, et institutam, tam hac prima vice a primæva illius erectione, et institutione hujusmodi pastoris solatio destitutam, quam deinceps, quoties eam pro tempore quomodolibet etiam pastoris solatio destitui contigerit personam idoneam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem prædictum ad nominationem, seu presentationem hujusmodi eidem episcopali ecclesie Linciesi in episcopum præficiendam eodem prorsus modo, quo episcopi aliarum ecclesiarum

Jus nominandi canonicos, et episcopum imperatori conceditur.

in prædicto Austriæ archiducatu ad nominationem, seu præsentationem ab eadem Sede apostolica prædicta præfici consueverunt, eodemque, ac simili modo aliud jus nominandi, seu præsentandi personas itidem idoneas ad dignitates, nec non canonicatus, et præbendas ipsius cathedralis ecclesiæ Linciensis, ut præfertur, erectas, et erectos hujusmodi, tam pariter hac prima vice a primæva illarum, et illorum erectione, et institutione per Nos, ut præfertur, factis vacantes, quam etiam deinceps quoties illas, et illos ex personis eos, et eas pro tempore respective obtinentibus, quovis modo vacare contigerit pari apostolica auctoritate, itidem perpetuo respective reservamus.

Clausula selectores, quibus omne juris remedium contra præsentem litteras submovetur.

§. 15. Decernentes præsentem semper, et perpetuo valituras, et efficaces esse, et fore, suosque integros, et plenarios effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo, quod causæ propter quas eadem præsentem emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individua mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimpleda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationali, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, aut alias probari posset notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu

se juvari in iudicio, et extra illud posse, neque easdem præsentem, sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque litteras, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas, quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam si in eis de eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat edita, et imposterum edendas comprehendere, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore et esse.

§. 16. Sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, aliosve quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque iudicio, et in quacumque instantia iudicari, et definiri debere, et si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernentes.

Decretum irritans.

§. 17. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, et cancellariæ apostolicæ prædictæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati ab ecclesiis membra dividi, ac distingui prohibentis, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet, etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indulgentiis, et litteris apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, ef-

Derogatio contrariorum.

ficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus pro tempore concessis, et concedendis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia, etiam exquisita forma, ad hoc servanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, ac valide hac vice dumtaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine huiusmodi harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Mandatum de referendo mensæ statu in libris cameræ apostolicæ.

§. 18. Volumus autem quod dicta ecclesia Linciensis per Nos, ut præfertur, erecta, et instituta juxta redditus prædictos illius episcopali mensæ, etiam, ut præfertur, applicatos, et assignatos de more ad 448 florenos auri taxari, et huiusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat. Nos autem per præsentem prædictum nuncium in dicta civitate Viennensi Austriæ huiusmodi, ut præfertur, commemorantem in exequutore eorundem præsentium, quoad illarum executionem tantum apostolica auctoritate prædicta deputamus, nec non prædicto nuncio facultatem, ut ipse quancumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam in executione prædicta subdelegare libere, et licite valeat; eidemque pariter nuncio, seu personæ ab eo, ut præfertur subdelegandæ facultatem quoque, ut ipse, seu ipsa integram præmissorum observantiam sub quibusvis ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis præcipere, ac etiam super quacumque suppositione adversus eadem præmissa quomodolibet eritura, servatis, tamen, quæ fuerint de jure servanda definitive pronunciare similiter libere, et licite possit dicta apostolica auctoritate concedimus, et impartimur.

Sanctio pontificalis.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, voluntatis, statuti, dismem-

Bull. Rom. Tom. VII.

brationis, divisionis, separationis, disjunctionis, exemptionis, assignationis, suppositionis, subjectionis, attributionis, incorporationis, additionis, concessionis, applicationis, facultatum impartitionis, reservationis, deputationis, decreti, derogationis alterius facultatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, quinta kalendas februarii, pontificatus Nostri anno nono.

CDLXXIV.

Dat. Romæ
3. februarii
1784
Anno IX.

Congregatio Lusitana monachorum excalceatorum sancti Pauli primi eremitæ erigitur in veram religionem.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **E**x debito pastoralis officii, quo Ecclesiæ Catholicæ per universum terrarum orbem diffusæ regimini divina dispositione præsidemus, congregationes Christifidelium, qui abnegatis huius sæculi blanditiis proprius Deo famulari, cui servire regnare est, susceperunt, paterno charitatis affectu prosequimur, felicique illarum statui, ac personæ, quæ tam laudabile, ac pium, vereque christianum vitæ institutum ingressæ sunt, in ea vocatione, in qua vocatæ sunt, perseverent usque in finem, opportunis rationibus, et favoribus providere studemus, sicut omnibus mature expensis, ad omnipotentis Dei gloriam, et animarum salutem expedire in Deo arbitramur.

Proœmium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii monachi excalceati sancti Pauli primi eremitæ congregationis Lusitanæ, Nos alias per Nostras in simili forma Brevis die 15. novembris anni 1781. expeditas literas eorum constitutiones, ac statuta confirmasse, ac subinde etiam, ut tria vota paupertatis nempe, castitatis, et obedientiæ solemniter emittere possent, concessisse.

Expositio præcæm porrectorum.

Ratio conceptio-
nis.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ut magis magisque congregatio hujusmodi ad majorem Dei cultum, et animarum Christifidelium salutem in dies augeatur, uberioresque fructus in Ecclesia Dei ferat, in veram, ac formalem religionem, ita ut in posterum dictæ congregationi religionis, et ordinis, ipsis vero monachis religiosi, et veri regularis nomen respective conveniat, tam quoad domum, seu conventum nunc in civitate Ulyssipponensi erectam, quam quoad alias omnes domos, seu conventus intra ditionem, ac dominia carissimæ in Christo filiæ nostræ Mariæ Franciscæ Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ, ejusque successorum cum iisdem constitutionibus per Nos, ut præfertur, confirmatis erigendos per Nos declarari, et erigi, ipsisque gratias, et privilegia ordinum mendicantium a Nobis pariter communicari, et concedi summopere desiderent.

Tenor eorum-
signis.

§. 4. Nos exponentes prædictos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, ac consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum, qui relationem venerabilis fratris Vincentii archiepiscopi Tyrensis apud memoratam Mariam Franciscam reginam fidelissimam Nostræ, et Sedis apostolicæ nuntii ad eosdem cardinales transmissam attenderunt, consilio, præfatam congregationem Lusitanam monachorum excalceatorum sancti Pauli primi eremitæ vere regularem, ac modernos, et pro tempore existentes ipsius congregationis professores, juxta illius constitutiones, et apostolicas concessionem vota, et professionem emittentes, vere religiosos, ac in statu regulari æque ac alios religiosos, et regulares esse, tam quoad domum, seu conventum, ut præfertur, nunc erectum quam quoad domos, seu conventus intra ditionem, et dominia prædicta erigendos auctoritate apostolica tenore præsentium decernimus, et declaramus, ac respective perpetuo erigimus, et instituimus.

Communicatio
privilegiorum.

§. 5. Utque congregationem, etiani illius institutum confoveamus, et promoveamus, eidem congregationi omnia, et singula privilegia, prærogativas, concessionem, favores, facultates, declarationes, conservatorias, immunitates, et exemptiones, et præsertim ab omnibus juribus parochialibus, decimis frugum, olerum, leguminum, pullorum gallinaceorum, quæ in hortulo cuilibet domui, seu conventui adnexo instruuntur, libertates, cæterasque gratias, præceminentias, et indulta cujuscumque generis existentia, spiritalia, et temporalia qualiacumque illa sint, dommodo tamen sint in usu, et non sint revocata, nec sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac sacris canonibus, et concilii Tridentini decretis, et apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, vel memoratis regularibus ejusdem congregationis monachorum institutis non adversentur, ordinibus mendicantium, eorumque domibus, conventibus, et aliis locis regularibus, ac ordinum hujusmodi generalibus, præsentibus, et quibusvis aliis superioribus, prælatis, visitatoribus, et capitulis etiam generalibus, provincialibus, seu intermediis, eorumque definitivis, rectoribus, seu vicerectoribus, novitiis, fratribus, conversis, donatis, et quibusvis eorum regularibus personis, tam in urbe, quam etiam in quibuscumque mundi partibus existentibus, et illorum intuitu, aut alias quomodolibet per quoscumque Romanos pontifices prædecessores Nostros, aut alios auctoritatem habentes concessa sunt, et conceduntur, ac quibus de jure, usu, vel consuetudine, privilegio, sive concessione apostolica in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quam divisim, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, vel poterunt in futurum, ad præfatam congregationem, et singulas ejus domos, et conventus, et alia loca regularia intra ditionem, et dominia præfata existentia, illorumque superiores, prælatos, et quascumque regulares personas auctoritate, et tenore prædictis perpetuo extendimus, illaque eis communicamus, et de novo concedimus, ac suffragari volumus.

§. 6. Decernentes easdem præsentem literas semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos

Clausula amb-
lata, et decre-
tum irritans.

spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, aliisque locorum ordinariis quibuscumque, nec non dilecto filio causarum curiæ cameræ apostolicæ generali auditori per præsentem committimus, et mandamus, quatenus quilibet eorum per se, vel per alium, seu alios præsentem literas, et in eis contenta quæcumque ubi, et quando opus fuerit, ac quoties pro parte visitorum, et monachorum dictæ congregationis sancti Pauli primi eremite fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate Nostra easdem plenum earum effectum sortiri, et obtinere, illosque omnes, quos concernunt, pacifice frui, et gaudere; non permittentes quemquam desuper contra illarum tenores sub quovis prætextu, et causa etiam defectu intentionis Nostræ per quoscumque quomodolibet indebite molestari, quin imo quidquid in contrarium attentari, vel fieri contingeret omnino semper in pristinum reponi, contradictores quoslibet, et rebelles etiam per quascumque, de quibus eis videbitur, censuras, et pœnas ecclesiasticas, et alia opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras et pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac felicitis recordationis Bonifacii pp. VIII. etiam prædecessoris Nostris de una, et in concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præsentium in iudicium non trahatur, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinum mendicantium etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogato-

riis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque; aut si aliquid communiter, aut divisim ab eadem Sede sit indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possit per literas apostolicas non facientes plenam et expressam mentionem, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem; ut earumdem præsentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur; quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die tertia februarii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostris anno nono.

CDLXXV.

Dat. Romæ
6. februarii
1784
anno nono.

Deputatio antistitis Græci, ritus in regno Siciliæ ultra Pharum, qui sine licentia ordinariorum promovere valeat ad sacros ordines Italos Græcos incolas ejusdem regni in ecclesia sancti Demetrii loci della Piana diocesis Panormitanæ.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **C**ommissa Nobis divinitus Proemium. ecclesiarum omnium sollicitudo postulat, utque a prædecessoribus Nostris vel instituta, vel incepta sunt ad orthodoxæ religionis uberiores progressum, præsidium, et decus, libenter confir-

mare, servareque conemur, et quantum in Domino possumus, ad optatum exitum, perfectionemque deducamus.

Monstratur
directio collegii
Corsini facta
a Clemente
XII in dioecesi
Bisinianensi
pro instructione
adulescentu-
larum Italo
Græcorum.

§. 2. Cum itaque sicut ex indubiis monumentis accepimus venerabiles fratres Nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales negotiis propagandæ fidei præpositi usque ab anno MDCCXVIII. instantibus alumni collegii Græcorum de urbe, aliisque piis viris, ac religiosis, in animum habuerint consulere spiritualibus indigentis Italo-Græcorum, seu Albanensium, quorum maxima copia est in regnis utriusque Siciliæ, et in Calabria præsertim, titularem ibi archiepiscopum, seu episcopum iis in locis constituere, qui nonnullis abusibus in Græcum ritum injectis salutaria compararet remedia, omniaque ad pristinum nitorem constitueret, eosdemque Italo Græcos, seu Albanenses Græcorum literarum, sacrarumque caeremoniarum proprii ritus omnia expertes instrueret, et ad sacros ordines promoveret. Cum proinde fel. rec. Clemens pp. XII. prædecessor Noster in Bisiniansi diocesi seminarium, seu collegium ecclesiasticum Corsinum nuncupatum pro certo puerorum Italo Græcorum in illo instruendorum, et alendorum numero perpetuo erexerit, dotaveritque.

Rectori huius
seminarii fa-
cultas conces-
sa fuit ordi-
nandi alumnos
et alios quos-
cumque Italo
Græcos ad sa-
cros ordines.

§. 3. Deinde vero ejusdem collegii regimen, et administrationem perpetuo commiserit antistiti Græci ritus in partibus infidelium, quibusdam ei attributis facultatibus, illaque inter cæteras, ut antistes prædicti collegii præses pro tempore existens in ejusdem collegii ecclesia omnia, et singula pontificalia exercere posset, et ad sacros ordines promovere non tam dicti collegii alumnos, quam alios quoscumque Italo Græcos utriusque regni Siciliæ, citra, et ultra Pharam incolas, prout in decretis prædictarum venerabilium fratrum Nostrorum die xxiii. decembris, et iv. februarii MDCCXXXV. ab eodem Clemente prædecessore Nostro confirmatis duabus apostolicis literis in forma Brevis, alteris sub datum iv. idus junii MDCCXXXV. incipientibus » *Superna dispositione* » alteris sub datum pridie kalendas aprilis MDCCXXXVI. incipientibus » *Provida pastoralis officii* » latius, uberiusque continetur.

Exponitur
ratio constitu-
tionis Clemen-
tinae, a qua e-
ducitur neces-
sitas novæ de-
putationis an-
tistitis pro
provincia ul-
tra Pharam.

§. 4. Cum autem præcipua ratio, quæ laudatos viros venerabiles fratres Nostros, eundemque fel. rec. pontificem Clementem prædecessorem Nostrum impulit, ut antistiti Græci ritus in præsidei memorati collegii in eadem Bisiniansi diocesi sic electo, et

constituto mox expressam tribueret facultatem pro cunctis Italo Græcis in utraque Sicilia degentibus, in hoc verteretur, ne juvenes Italo Græcæ gentis hujusmodi pro dictis sacris ordinibus accipiendis incommoda, et expensas amplius subire tenerentur, accedendi ad urbem Nostram, ibique ab episcopo Græci ritus ad id muneris explendum per sanctam Sedem constituto eosdem ordines suscipere juxta praxim ad illud usque tempus servatam, et ad formam constitutionis fel. rec. pp. Urbani VIII. prædecessoris iidem Nostri desuper editæ, cui quoad hoc Clemens præfatus XII. expresse, et specialiter derogavit, reliquum erat, ut quemadmodum hujusmodi Græci antistitis in Bisiniansi diocesi perpetuo residentis deputatione consultum fuerat Græcorum in Calabria degentium commodo, et emolumento, ita quoque deputatione alterius antistitis titularis ejusdem Græci ritus, qui in Sicilia ultra Pharam residens Italo Græcis eam insulam incolentibus sacros ordines conferre valeret cum literis dimissorialibus, ordinariorum respective suorum, eorundem in eodem Siciliæ regno, atque insula commorantes, ægreque ferentes pro sacris ordinibus suscipiendis longum, ærumnosumque aggredi iter accedendi, vel ad hanc Nostram Urbem, vel ad Bisiniansensem diocesim, ubi unicus degit antistes Græci ritus jamdiu vehementer optabant, id nuperrime sunt consecuti pietate, ac munificentia charissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi utriusque Siciliæ regis, qui ut facilius a Nobis obtineret deputationem alterius antistitis titularis Græci ritus in Sicilia ultra Pharam perpetuo mansuri, ibi sacros ordines collaturi hominibus ejusdem ritus eam insulam incolentibus cum literis dimissorialibus respectivorum ordinariorum rogavit, ut eidem antistiti pro tempore existenti pro ejus congrua juxta pontificalis dignitatis exigentiam, sustentationem, abbatiam s. Mariæ de Gala sui regii patronatus perpetuo addiceremus, quam nunc obtinet dilectus filius Petrus Petrasancta in commendam ad sui vitam ex regia nominatione, nec non ex concessione, et dispensatione apostolicis prædicto antistiti Græci ritus, ut præfertur deputando, donec eadem abbatia vacare contigerit administrationem, et redditus vacantis beneficii sancti Pancratii Latini ritus interea a Nobis assignari posse consentit.

Tenor concessionis.

§. 5. Nos igitur, qui et piissimæ prædicti regis voluntati obsecundare, et quamplurimis incommodis, atque expensis hactenus importatis per defectum antistitis Græci ritus in Sicilia ultra Pharum residentis dilectis filiis Italo Græcis in eodem regno commorantibus sacris ordiibus initiandis parcere vehementer cupimus, motu proprio, auditoque etiam consilio venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium præfatæ congregationi de Propaganda fide per dilectum filium Stephanum Borgia ejusdem congregationis secretarium exhibito antistitem Græci ritus in partibus infidelium, qui apud ecclesiam sibi commissam impia eorundem infidelium sic cogente tyrannide, personaliter residere non valens, in regno Siciliae ultra Pharum resideat, ibique Italo Græcis ejusdem regni incolis dimissoriales suorum respective ordinariorum literas sibi exhibentibus sacros ordines in ecclesia sancti Demetrii loci vulgo della Piana Panormitanæ diœcesis absque ulla ordinarii ejusdem loci archiepiscopi, nempe Panormitani licentia, in aliis vero ecclesiis tum Panormitanæ, tum aliarum diœcesum de ordinariorum licentia conferre, atque alias ecclesiasticas functiones Græci ritus peragere valeat, tenore præsentium perpetuo constituimus, et deputamus, eidemque antistiti pro tempore existenti, et ab eadem charissimo in Christo filio Nostrò Ferdinando, utriusque Siciliae rege, ejusque successoribus nominando vigore sui regii patronatus supradictam abbatiam sanctæ Mariæ de Gala iò diœcesi Messanenſi, quam in præsens in commendam obtinet dilectus filius Petrus Petrasanta cum vacare contigerit, nunc pro tunc perpetuo addicentes, interimque administrationem, perceptionemque fructuum vacantis beneficii sancti Pancratii Latini ritus, regiique patronatus, queis donec prædicta abbatia vacare contigerit, se alere valeat, propriamque dignitatem tneri regio accedente consensu, indulgentes, et condonantes eas omnes facultates concedimus, et impertimur quoad sacras ordinationes Italo Græcorum regni Siciliae ultra Pharum, quas fel. rec. Clemens pp. XII. concessit antistiti Græci ritus in seminario Corsino a se in Calabria erecto degenti in suis super laudatis apostolicis literis in forma Brevis, quibus quoad ordinationes dumtaxat Italo Græcorum regni Siciliae ultra Pharam hac Nostra perpetuo valitura con-

stitutione expresse, ac specialiter derogatum volumus; iisdem apostolicis literis quoad reliqua in suo robore permansuris.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque, quæ in præfatis Clementinis literis non obstare fuit decretum. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vi. februarii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno nono.

Derogatio contrariorum.

GDLXXVI.

Dat. Romæ
6. februarii
1784
anno LX.

Imminutio festorum in civitate et diœcesi Senogallienſi.

Venerabili fratri
episcopo Senogallienſi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **D**um sicut quædam sunt, ut inquit sanctus Leo magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inveniatur adversum; ea propter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariorum inopiam, non sine conscientia angore contempuntur.

Proemium.

§. 2. Quoniam autem, sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem fraternitati tuæ innotuit, quod in civitate, et diœcesi Senogallienſi adeo excreverunt calamitates, et angustia propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illarum habitatores, incolæque, ac præsertim ii, qui in sudore vultus

Ratio concessionis.

sui panem comedunt, persæpissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis se se addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum; ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus, quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste subsistendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus earumdem civitatis, et diocesis Senogallienensis existentibus, ut deinceps exceptis omnibus diebus dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac Corporis Christi, et Ascensionis, sancti Joannis Baptistæ, sancti Joseph, ac sanctorum Petri, et Pauli, et Jacobi apostolorum, et commemorationis omnium sanctorum, præterea quinque dicatis beatæ Mariæ Virgini Immaculatæ, scilicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, aut tutelaris cujuslibet loci pro ho-

minibus ejusdem loci dumtaxat, festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio, in reliquis vero festis, sive per hanc sanctam Sedem præceptis, sive per synodales earumdem civitatis, et diocesis constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem quoque auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo prorsus conscientiæ scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, et mandes.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non civitatis, et diocesis prædictarum, illorumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac in aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, ex expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta februarii millesimo septingentesimo octidagesimo quarto, pontificatus Nostri anno nono.

Derogatio contrariorum.

PIUS VI.

ANNO DECIMO



Dat. Romæ
27. februarii
1784
anno X.

CDLXXVII.

Monasteria sanctorum Vincentii, et Anastasii ad aquas Salvias urbis, sancti Bartholomæi Ferrariæ, et s. Mariæ Faventia, uniantur provincie Romanæ ordinis Cisterciensis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Sacrosanctum apostolatus ministerium humilitati Nostræ, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, per ineffabilem divinæ sapientiæ providentiæ commissum postulat, ut inter multiplices apostolicæ servitutis curas, illam peculiari studio complectamur, per quam personæ sub suavi religionis jugo divini cælestis obsequiis insistentes felicioribus in dies proficiant incrementis.

Ratio concessionis.

§. 2. Siquidem, cum sicut accepimus, tria monasteria monachorum ordinis Cisterciensis, nempe sanctorum Vincentii, et Anastasii ad aquas Salvias urbis, sancti Bartholomæi Ferrariæ, sanctæ Mariæ Faventia ex maximis hinc Ecclesiæ temporibus nulli provincie ordinis præfati sint nunc unita; ad utilitatem vero, ac bonum eorundem monasteriorum, regularemque observantiam potius spectaret, ut illa provincie Romanæ uniremus, ac incorporaremus, quam sic separata, ac divisa in novam provinciam quodammodo erigissemus.

Tenor decreti super unione.

§. 3. Nos hinc ad procurandam felicem dictorum monasteriorum in via Domini progressum, suamque regularem disciplinam, quantum cum Domino possumus tuendam, omnique studio fovendam, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium episcoporum, et regularium negotiis præpositorum consilio præfata monasteria sanctorum Vincentii, et Anastasii ad aquas Salvias urbis, sancti

Bartholomæi Ferrariæ, et sanctæ Mariæ Faventia cum omnibus suis individuis, seu alumniis, bonis, domibus, juribus, et actionibus quibuscumque provincie Romanæ ordinis Cisterciensis præfati auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo unimus, jungimus, adnectimus, et incorporamus, ac unita, conjuncta, adnexa, et incorporata esse, et fore edicimus, et mandamus, ita ut deinceps cum aliis ejusdem provincie Romanæ monasteriis una dumtaxat provincia Romana constituatur absque nationum distinctione, et omnes monachi dictorum monasteriorum tamquam professi in dicta provincia censeantur, servata promiscue cum aliis ejusdem provincie monachis cujuslibet antiquitate, et dignitate, utque legibus, et superioribus ejusdem provincie, qui disciplinæ, et dictorum monasteriorum œconomia, nec non monachorum collocationi, guberniorum, et officiorum distributioni consulent, parere omnino debeant, auctoritate pariter, et tenore prædictis volumus, et decernimus.

§. 4. Ut insuper unio, et incorporatio hujusmodi cum omni possibili eorundem monachorum in via Domini progressu, ac commodo perficiatur, statuimus, ut capitulum provincie Romanæ, licet nondum elapso quinquennio per statuta, et constitutiones dictæ provincie auctoritate apostolica confirmatas præscripto, hoc anno post Pascha Resurrectionis consuetis, ac præscriptis diebus celebretur, in quo etiam vocales dictorum trium monasteriorum suffragium, seu vocem activam, et passivam ad instar ceterorum vocalium provincie Romanæ habeant; et ne ex hac ante tempus capituli convocatione invertatur methodus dictæ provincie servari solita, quod non convocetur novum capitulum post primum, ut supra celebrandum, nisi post sexennium, quodque deinceps, ut moris est, de quinquennio in quinquennio celebretur, ordinamus.

Ordinationes circa celebrationem capituli generalis.

Electio procuratoris generalis.

§. 5. Tandem cum Nobis undique cognita, et comperta sit prudentia, fides, religionis zelus, ac in gerendis rebus dexteritas dilecti filii Amadei Piermartini monachi dicti ordinis Cisterciensis expresse professi, ac moderni abbatis procuratoris generalis ejusdem provinciae, eum in procuratorem generalem dictae provinciae ad sexennium usque, nempe ad secundo dictum capitulum post sexennium a primo convocandum, auctoritate, et tenore praefatis confirmamus, et quatenus opus sit, in procuratorem generalem ejusdem provinciae eligimus, et deputamus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 6. Quocirca dilecto filio Nostro Andreae Sanctae Romanae Ecclesiae diacono cardinali Negroni nuncupato, de cujus prudentia, fide, et religionis zelo plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, et mandamus, ut dicta tria monasteria provinciae Romanae unita, adnexa, atque incorporata esse declaret, caeteraque superius disposita exequi studeat. Nos enim illi quamcumque necessariam, et opportunam ad praemissa omnia, et circa ea, quae ad dictam unionem pertinent faciendi, gerendi, dicendi, et exequi, seu exequi mandandi ea omnia, quae pro praesentium executione constituere, declarare, ac decernere in Domino salubriter expedire conspexerit, plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non provinciae, et monasteriorum praefatorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus. Privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et inaevalis. Quibus omnibus, et singulis,

illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub aenulo piscatoris die vicesima septima februarii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

CDLXXVIII.

Confirmatio applicationis nonnullorum bonorum ecclesiae parochiali in Szwelice Plocensis dioecesis ab episcopo ejusdem dioecesis factae.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Quae ad parochialium ecclesiarum, earumque rectorum commodum, et utilitatem facta esse noscuntur, ea Nos decet apostolicae confirmationis robore, cum occasio postulet, commuare. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Casimirus Ignatius Szezepkowski presbyter, et rector parochialis ecclesiae in Szwelice Plocensis dioecesis, quod alias bonae memoriae Josephus, dum viveret, episcopus Plocensis paupertati dictae parochialis ecclesiae consulere cupiens, juri suo quoad advocatiam quatuor mansorum nuncupatorum in villa Szwelicensi sub clavi Czarnostoviensi bonorum ad episcopalem mensam Plocensem spectantium die vii. aprilis anni MDCCCLVI. favore dictae parochialis, et pro ea, tunc existentis illius rectoris ad sui vitam libere cessit: subinde autem venerabilis frater Michael episcopus ecclesiae Plocensis praedictae provide considerans redditus parochialis hujusmodi vere tenues existere, in eorum augmentum, subsidiumque pro tempore existentis ejus rectoris, accedente capituli, et canonicorum majoris ecclesiae Plocensis consensu, pariter cessit juri suo super dictam advocatiam, illamque, unacum mansis praedictis, suisque adjacentibus quoquomodo nuncupatis, prout in suis metis, et granitiibus existit, omnibusque agris, campis,

Dat. Romae
2. martii
1784.
Anno X.

Declaratur
quomodo utilis
fuerit, et recta
parata applicatio
bonorum.

hortis; piscidis; rubetis, aedificiis, subditis; fructibus; et emolumentis generaliter; singulisque pertinentiis, prout antecessores rectores hujusmodi vigore predictæ cessionis a memorato Josepho episcopo ad sui vitam, ut præfertur, factæ, tenebant, habebant, possidebant, ac fruebantur, perpetuo univit, et incorporavit; voluit tamen, quod opera reipublicæ nuncupata dictæ advocatiæ incumbentiæ, per eundem Casimirum Ignatium, ejusque successores rectores supportentur; (episcopali- bus juribus tam quoad canonem, quam quoad obsequia advocatos concernentiæ, et huc usque ab eadem advocatiæ habitis, penitus sublatis) quodque obligationes intuitu hujusmodi cessionis, adnexioni, et incorporationis rectoribus pro tempore existentibus dictæ parochialis ecclesiæ imponendæ, arbitrio ejusdem Michaelis episcopi remaneant. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, memoratus Casimirus Ignatius concessionem, adnexionem, et incorporationem advocatiæ hujusmodi, ut præfertur, sequutam, quo firmiter subsistat, et servetur exactius per Nos adprobari, et confirmari summopere cupiat.

Confirmationis tenor.

§. 2. Nos, auditis venerabilibus fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositis, qui referente dilecto filio ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Salviato nuncupato, et attenta relatione prædicti Michaelis episcopi, et nuntii apostolica auctoritate deputati die xiii. mensis februarii mox elapsi censuerunt rescribendum, prout rescripserunt » *Consulendum esse nobis pro enunciati contractus adprobatione* » dictum Casimirum Ignatium specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, contractum prædictum, concessionem nempe, adnexionem, et incorporationem prædictæ advocatiæ favore dictæ parochialis ecclesiæ in Szwelice, ut præfertur, factam auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus, omnesque, et singu-

los juris, et facti, etiam substantialia defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; dictoque Casimiro Ignatio, ac successoribus suis prædictis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non majoris ecclesiæ Plocensis prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda martii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

Derogatio contrariorum.

CDLXXIX.

Dat. Romae
10. martii
1784
anno X.

Nonnulla monasteria ordinis Carthusiensis Hispaniarum dismembrantur et eriguntur in novam congregationem.

Venerabili fratri Nicolao archiepiscopo Sebastensi Nostro, et Sedis apostolicæ apud carissimum in Christo filium Nostrum Karolum Hispaniarum regem catholicum nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium.

§. 1. **A**postolicæ Sedis auctoritas, qua universi catholici orbis consulit felicitati, religiosorum ordinum commodo, et tranquillitati sic semper prospexit, ut ea omnia opportunis sancitis legibus decreverit, quæ ad illorum regimen, atque incolumitatem conferre in Domino videntur; pastoralis quippe Romanorum pontificum cura in eo tota est, ut quidquid ad vineam Domini colendam, ad catholicæ religionis profectum, ac ad pacem, tranquillitatemque inter personas præsertim Deo in religione dicatas servandam, fovendamque pertinet, enixis viribus studeat providere.

Tenor precum
porreclarum a
rege catholico.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici expositum fuit, quod ex urgentissimis, Nobisque expositis de causis, ac bonum esse monasteriorum monachorum ordinis Carthusiensis in suis regnis existentium respicientibus, necessaria sit omnimoda separatio dictorum monasteriorum a gubernio, regimine, et subiectione prioris generalis ejusdem ordinis, et capituli monasterii Gratianopolitani.

Ratio, et tenor
concessionis.

§. 3. Nos igitur rite, ac mature omnibus perpensis rationum momentis, quibus de separatione hujusmodi urgebamur, ac votis ejusdem Karoli regis catholici, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere, monachos prædictos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationi-

bus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnia præfata monasteria monachorum ordinis Carthusiensis in regnis prædictis consistentia, ac personas omnes a subiectione, jurisdictione, correctione, obedientia, et visitatione prioris generalis, et capituli monasterii Gratianopolitani dicti ordinis auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo eximimus, et liberamus, eademque monasteria sic exempta, et separata in novam congregationem Hispanam monachorum ordinis Carthusiensis nuncupatorum auctoritate, et tenore prædictis erigimus, et instituimus.

§. 4. Præterea monachis novæ hujusmodi congregationis Hispanæ, sic a Nobis per præsentem erectæ vicarium generalem Hispanum a priore, et capitulo prædictis, qui omnino exemptus, ac independens sit juxta regulares dicti ordinis constitutiones, et statuta auctoritate apostolica confirmata, sibi eligendi plenam et amplam facultatem auctoritate, et tenore prædictis concedimus.

Facultas eligendi vicarium generalem.

§. 5. Quocirca fraternitati tuæ, de cujus prudentia, integritate, et religionis zelo plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, et mandamus, ut monasteria prædicta a quavis prioris, et capituli præfatorum subiectione, jurisdictione, correctione, obedientia, et visitatione exempta, et prorsus libera esse, auctoritate Nostra apostolica decernas, eaque in novam congregationem Hispanam esse erecta declares; et quoniam post hæc capitulum generale monachorum hujus novæ congregationis erit convocandum, te in illius præsentem cum auctoritate, aliisque facultatibus, jurisdictione, honoribus, et oneribus similibus præsentibus competentibus solitis, et consuetis, auctoritate, et tenore præfatis constituimus, et deputamus.

Liberatio a jurisdictione capituli, et prioris.

§. 6. Tibique insuper in dicto capitulo generali una cum suffragio vocalium in eo existentium, omnia statuta, stabilimenta, et consuetudines dictorum monasteriorum, quæ ejusdem ordinis constitutionibus auctoritate apostolica confirmatis, sacris canonibus, nec non concilii Tridentini decretis repugnantia esse cognoveris abolendi, et cassandi plenam, et amplam facultatem tribuimus, et impertimur. Teque in Domino hortamur, et monemus, ut in capitulo generali hujusmodi ea omnia, quæ ad prosperum novæ sic erectæ congregationis ordinis præfati regimen, et gubernium pertinebunt, decerni, statui, et ordinari cures, et studeas.

Facultas immulandi statuta congregationis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes has præsentis litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio constitutionum.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anno piscatoris die decima martii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

CDLXXX.

Dat. Romæ
17. martii
1784.
Anno X.

Commissio ad dirimendas controversias ortas inter subditos sanctæ Sedis civitatis Avenionensis ex una ac subditos regis christianissimi ex altera partibus.

Dilecto filio magistro Jacobo Filomarino in utraque signatura referendario, et in civitate Avenionensi, et in comitatu Nostro Venaissino Nostro, et Sedis apostolicæ vice legato.

Pius PP. VI.

Dilecte fili

Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Cum, sicut accepimus, quædam controversiæ inter dilectos filios cives Avenionenses Nostros, et sanctæ Sedis ex una, et dilectos itidem filios incolas provinciæ Occitanie carissimi in Christo filii nostri Ludovici Francorum regis christianissimi subditos ex altera partibus ob aliquas reparationes, seu munimenta a civibus Avenionensibus spondis, seu oris fluminis Rhodani ortæ sint, et vigeant. Nos controversias hujusmodi per Nos, et Sedis apostolicæ, atque ipsius Ludovici regis commissarios dirimi cupientes, ac de tua fide, prudentia, integritate, et in rebus agendis solertia plurimum in Domino fiduciam habentes, controversias prædictas, earumque dependentias universas una cum persona, seu personis a dicto Ludovico deputata, seu deputatis, vel deputanda, seu deputandis cognoscendi, easque per viam sive iudicati formalis, aut arbitrarii, sive amicabilis inter partes prædictas compositionis, quæ vim iudicati obtineat, terminandi, tollendi, ac dirimendi, nec non dilectos itidem filios modernos, vel pro tempore existentes auditorem generalem, et advocatum fiscalem istius legationis Avenionensis, eisque, vel altero eorum impeditis, vel impedito, auditorem talem domesticum, ac ejusdem advocati fiscalis substitutum ad præmissa, seu aliqua eorum cum simili, vel limitata potestate quoties opus fuerit, aut opportunum censueris subdelegandi, et substituendi auctoritate apostolica tenore præsentium facimus, constituimus, et deputamus.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 2. Nobis tamen, et Sedi prædictæ expresse reservantes approbationem,

Reservatur
ius ratihabendi.

di concordiam
sue iudam.

et ratihabitionem eorum; quæ per te, seu subdelegatum tuum, cum persona, seu personis a dicto Ludovico rege deputata, vel deputatis, aut deputanda, vel deputandis quomodolibet in præmissis, et circa ea acta, gesta, ac definita, seu stabilita fuerint. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima martii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

COLXXXI.

Dat. Romæ
15. martii
1784.
anno X.

Commissio archiepiscopo Sebastensi nuncio Hispaniarum, ut nonnulla agat pro reformatione ordinis fratrum beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo Hispaniarum.

Venerabili fratri Nicolao archiepiscopo Sebastensi Nostro, et sanctæ Sedis apostolicæ apud carissimum in Christo filium Nostrum Karolum Hispaniarum regem catholicum nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Tenor facultatum impertitarum apostolicæ commissariis.

§. 1. Cum Nos hodie per alias Nostras in simili forma Brevis expeditas literas, attenta tua sollicitudine, ac cura ad pacem, et christianam charitatem inter fratres ordinis beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo excalceatorum nuncupatorum in regnis Hispaniarum existentium inducendam, inductamque conservandam, regularemque disciplinam ad suum pristinum candorem, ubi illa collapsa est, restituendam, ac vigentem conservandam, ac omnia, quæ piis carissimi in Christo filii Nostri Karoli regis catholici votis contraria sunt, evellenda, te in præsidem capituli generalis eorumdem fratrum propediem celebrandi, cum aliquibus specialibus facultatibus deputaverimus, prout in eisdem literis uberius continetur, ut inceptum consilium ad prosperum exitum perducatur, fraternitati tuæ, de cuius fide, pietate, doctrina prudentia, religionis zelo, ac in rebus gerendis

summa dexteritate plurimum confidimus, per præsentem committimus, et mandamus, ut dimisso capitulo generali prædicto, congregationem particularem ex fratribus dicti ordinis tibi benevisis, quique pietate, prudentia, ac religionis zelo commendabiles sint, convocet, et cogas, ut per eam in omnes conventus, domus, aliaque loca quæcumque ad ordinem prædictum spectantia, et pertinentia, et intra ditionem regis catholici existentia, etiam exempta, nec non illarum priores, superiores, fratres, et personas quascumque cuiusvis status, gradus, qualitatis, conditionis, præminentia, et dignitatis existentes, tam in capite, quam in membris inquiratur, ac fratrum huiusmodi status, vita, mores, ritus, disciplina, aliaque vivendi ratio, tam conjunctim, quam divisim reformetur, tibi que injungimus, ut deinde quidquid emendatione, renovatione, correctione in congregatione prædicta indigere, ac circa conventum, suorumque fratrum statum opportuniore futura fore in eadem congregatione statutum fuerit, ad Nos quamprimum diligenter transmittas, nobisque referas, et patefacias; Nobisque modum, ac rationem quibus dicta congregatio regularem disciplinam revocari, abusus tolli, ac pacem induci posse arbitrata fuerit, suggeras; ex re enim, et tempore consilium capiemus, ut dirigente patre luminum, quod inde statuendum sit, matura deliberatione decernamus. Nos enim tibi præmissa, et quæcumque alia circa supra expressa necessaria, et quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, et exequendi auctoritate apostolica plenam, et amplam facultatem, et auctoritatem concedimus, et imperitumur.

§. 2. Mandantes propterea omnibus et singulis superioribus, fratribus, aliisque personis conventuum, aliorumque locorum ordinis prædicti in dictis regnis existentibus sub excommunicationis latæ sententiæ Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostri reservatæ, præterquam in mortis articulo, ac suspensionibus a divinis, et privationis suorum officiorum, aliisque arbitrio Nostro infligendis pœnis ipso facto incurrendis, ut tibi, et congregationi prædictæ, ut præfertur, deputandæ in præmissis omnibus, et singulis prompte pareant, et obediant, tuæque, et illius salubria monita, et mandata humiliter suscipiant, et efficaciter adimplere procurent, alio-

Contra inobedientes excommunicationis pœna incurretur ipso facto, et uni pontifici reservata.

quia sententiam sive penam, quam inde in una cum dicta congregatione tuleris, seu statueris in rebelles ratam habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima tertia martii, millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.



CDLXXXII.

Dat. Romæ
16. martii
1784
anno X.

Facultas perpetua superiori, et presbyteris parochialis ecclesiæ sancti Sulpitii civitatis Parisiensis dandi fidelibus in articulo mortis constitutis apostolicam benedictionem.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **E**rga omnes Christifideles in Proemium. maximo instantis mortis discrimine, et in durissima tantæ necessitatis hora institutos, tanto abundantius Romanus pontifex cælestes thesauros erogare, traditamque sibi divinitus opitulandi potestatem debet exercere, quanta tunc major premit illos anxia, ægritudo, ac pene conficit acerba tristitia, furentibus undique teterrimis, et callidissimis hostibus, qui leonis iustar rugientes, adstant ut devorent, et quorum effrenata rabies nisi eorum sanguine, idest æterna animarum ruina expleri non potest. Hinc Nos, quibus licet immeritis omnes oves suas Christus in Petro pascendas dedit, ne illis unquam in extremo vitæ mortalis agone aliquid detrimenti culpa Nostra contingere possit, omnia, quibus possumus subsidia concedere decrevimus, unde facilis morientibus ad assequendam æternitatem aditus aperiatur, et horribilis hostium impetus, et conatus comprimantur, et repellantur.

§. 2. Cum itaque dilecti filii superiores, directores, et presbyteri parochialis ecclesiæ sancti Sulpitii civitatis Parisiensis Nobis nuper humiliter exponi fecerint, quod ipsi apostolicam benedictionem cum indulgentia plenaria in articulo mortis impertiendam ægrotis intra limites supradictæ parociæ degentibus concedere posse plurimum desiderant. Expositio precum.

§. 3. Nos animarum Christifidelium saluti paterna charitate consulere cupientes, exponentibus prædictis, suisque pro tempore existentibus successoribus, ut quoadusque ipsi parochiali ecclesiæ prædictæ addicti erunt, illique inservient, et quoties intra limites dictæ parociæ aliquem nriusque sexus Christifidelem in mortis articulum constitutum esse contigerit, si vere penitens, et confessus, ac s. communionem reffectus, vel quatenus id facere nequiverit, saltem contritus nomen Jesu ore si potuerit, sin minus corde devote in-

Tenor concessionis.

vocaverit, et mortem tanquam peccati stipendium de manu Domini patienti, atque alacri animo susceperit toties apostolicam benedictionem Nostro, et Romani pontificis pro tempore existentis nomine cum plenaria omnium peccatorum suorum indulgentia, et remissione impertiri libere, ac licite valeant, facultatem auctoritate apostolica tenore presentium, servata tamen in omnibus quarumdam felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri sub plumbo nonis aprilis 1747 incipientium *Pia mater Catholica Ecclesia* expeditarum literarum forma, et dispositione, concedimus, tribuimus, et impertimur.

Delegatio con-
trariorum.

§. 4. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta martii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

CDLXXXIII.

Des. Romæ
16. martii
1784.
anno X.

Declaratio, ac immutatio circa aliquam partem constitutionum monachorum sancti Pauli primi eremitæ congregationis Lisbonensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponitur ne-
cessitas papa-
gondæ immu-
tationis con-
stitutionum
etiam apostolica
auctoritate
confirmata-
rum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii monachi ordinis sancti Pauli primi eremitæ excalceati nuncupati congregationis Lusitanæ, quod Nos alias per Nostras in simili forma Brevis die xvi. novembris MDCCLXXXI. expeditas literas eorum constitutiones apostolica Nostrâ auctoritate confirmavimus, prout in eisdem literis uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subijungebat constitutiones hujusmodi, quæ tunc temporis ad domos dumtaxat dicti ordinis intra patriarchatus Ulyssipponensis diocesis existentes, et erectas referebantur, nunc ad alias etiam dioceses intra quas aliquæ domus, seu monasteria monachorum hujusmodi erunt pro tempore erigenda, extendendæ, ac ampliandæ sint, ac insuper aliqua mutatio in paragrapho primo partis secundæ capituli secundi, et in capite vigesimoquinto partis pariter secundæ, et in para-

pho quarto partis terciæ capituli septimi earundem constitutionum sit faciendâ; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium episcoporum et regularium negotiis præpositorum consilio, ut patriarcha Ulyssipponensis pro tempore existens visitator apostolicus congregationis prædictæ ad eos solummodo fines et effectus, de quibus in constitutionibus prædictis disponitur in posterum appelletur; qui vero visitator in eisdem constitutionibus dicitur, ut titulum præpositi generalis assumat, itaut ubicumque occurrat nomen visitatoris, semper pro præposito generali intelligatur, et corrigatur auctoritate apostolica tenore presentium decernimus, et mandamus.

Deputatur
commissarius
apostolicus ad
paragendas re-
formationes
constitutionum
predictarum.

§. 3. Insuper volumus, ac declaramus, ut deinceps pro paragrapho primo partis secundæ capituli secundi » De congregationis visitatore, ac ejus munitis legatur ut infra » De congregationis præposito generali, ac ejus munitis » Cum experientia nos doceat pessimo sæcularibus exemplo esse fæda quamplurima, quæ a familiarum regularium superioribus proficiscuntur, dum vel ipsi impotenter agunt, vel subditi gravate eorum impotentiam ferunt: statuimus, ut in universa congregatione nostra domorum, quæ intra patriarchatus fines continentur, et in aliis locis regnorum, ac dominiorum Lusitanæ ditionis erectæ fuerint, superior constituatur titulo » præpositi generalis » qui, assumptus etiam de alio, in Ulyssipponensi conventu Bonæ Mortis nuncupato tanquam in capite totius congregationis resideat, et per triennium jus exercent, tam spirituale, quam temporale, quo suo melius muneri possit satisfacere, ac fæda hujusmodi exempla, siqua inimici opera in domos nostras irrepserint, repellere possit; qui et majori utetur sigillo cum congregationis inscriptione, rectores vero, ac

Declaratur
immutatio fa-
cienda in ca-
pite ubi agi-
tur de congrega-
tionis visitatore.

vice rectores minori tantum cum inscriptione propria uniuscujusque domus, seu conventus: facta insuper eidem præposito generali facultate transferendi, si ita in Domino judicaverit, in explenda una, aut altera ex tribus visitationibus quemlibet monachum de uno ad alium conventum, nec non subdelegandi commissarios pro unaquaque provincia, sive diœcesi, et electiones superiorum localium omnes confirmandi per se, suosque delegatos prædictos.

§. 4. In capite vigesimo quinto partis secundæ » De methodo in professione novitiorum servanda etc. sequentes legantur mutationes. In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Ego N. in hac venerabili sancti patris nostri Pauli primi eremitæ congregatione sub approbatis constitutionibus ipsius congregationis vivere, et mori cupiens, meam facio professionem, et promitto Deo omnipotenti, immaculatæ semper Virgini Mariæ, et beato patri nostro Paulo observare tria consueta vota, scilicet, obedientiam, paupertatem, et castitatem, prout constitutiones nostræ determinant, et etiam obedientiam dogmatibus Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ matris nostræ, eminentissimo, et reverendissimo domini cardinali patriarchæ nostro. visitatori apostolico, charissimo et reverendissimo patri præposito generali (ejusque commissario) ac tibi hujus sanctæ communitalis rectori, et successoribus tuis usque ad mortem.

§. 5. Et tandem pro paragrapho quarto capitis septimi partis tertie legatur ut infra = Advertendum est modo, quod si qua alia patriarchatus intra fines, aut ultra domus erigatur, regia, ac eminentissimi patriarchæ, vel ordinarii respectivi facultatibus ante obtentis, has ipsas ejus congregati leges admittent. Illa tamen hac ab domo, quæ modo erecta est Ulyssippone, nihil omnino pendebit; qui tamen hujus præpositus generalis erit, idem muneris erga alias omnes domos exercebit, si eosdem intra fines, vel etiam alibi sitæ sint. Numquam tamen independens congregatio, sive familia existimabitur, donec ex congregatis duodecim non componatur; hujusmodi vero expleto numero nihil ab hac omnino pendebit. Sed dum numerum non habet Ulyssipponensi congregationi, seu capitulo parebit; non tamen qui superioris vices agat, qui vicereactoris titulo per id temporis vocabitur, et capitulo Ulyssipponensi tantum subja-

cebit in illis, quæ ad illius spectant electionem. Prout tamen jam diximus has omnes amplecti debent constitutiones.

§. 6. Non obstantibus memoratis Nostris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque, quæ in dictis Nostris literis non obstare decrevimus. Volumus autem, ut quatenus constitutiones prædictas imprimi contingat, eæ imprimantur cum omnibus prædictis mutationibus. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decimasexta martii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

Derogatio consuetudinum.

CDLXXXV.

Indulgentia assequenda ab eis, qui occasione capituli generalis visitaverint ecclesias ordinis Cisterciensis congregationis reformatæ sancti Bernardi.

Dat. Romæ
24. martii
1784.
anno X.

Pius PP. VI.

Universis Christianis præsentibus literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Cum, sicut accepimus, capitulum generale monachorum ordinis Cisterciensis congregationis reformatæ sancti Bernardi in ecclesia, seu domo monasterii sancti Gaudentii congregationis hujusmodi civitatis Ariminensis prope diem, benediciente Domino, celebrandum sit; Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christianis, vere penitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui prædictam, vel aliquam ex ecclesiis domorum monachorum congregationis hujusmodi ubicumque existen., die quo incohabitur capitulum generale hujusmodi, ac singulis diebus actualis illius celebrationis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione piis ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et

Ratio, et tenor concessionis.

Indigitatur
alia immutatio
decernenda
circa metho-
dum servan-
dam in profes-
sione novitio-
rum.

Alia similis de-
claratio pro e-
mendatione
§. 4. cap. 7.
par. 5.

remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valitoris.

Conditiones
servandæ, et
fides habenda
transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint, utque eorundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dictæ congregationis munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesimaquarta martii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

Dat. Romæ
50. martii
1784.
anno X.

CDLXXXVI.

Facultas vendendi annuos census, eosque erogandi in fabricam cathedralis ecclesiæ Urbevetanæ.

Dilecto filio Nostro Paulo Francisco Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Antamoro nuncupato ex concessione, et dispensatione apostolica episcopo Urbevetano.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio concessionis.

§. 1. Cum Nobis alias tui nomine expositum fuerit, hanc tuam ecclesiam cathedralem, tum in interiori, cum in exteriori sui parte sumptuosius adeo indigere reparationibus, ut annui redditus fabricæ ipsius cathedralis, firmis remanentibus cæteris oneribus, quibus eadem fabrica gravata existit, operi multæ impensæ hujusmodi facere satis omnino impar essent, eaque propter tuis precibus hisce desuper Nobis humiliter porrectis annuendo, ac splendorem, et nitorem ejusdem cathedralis ecclesiæ præ oculis habendo per Nostras in simili forma Brevis die xv aprilis transacti anni MDCCLXXXIII. expeditas li-

teras tibi commisimus, et mandavimus, ut auditis architectis, cæterisque artium peritis super iis, quæ opportuna, ac necessaria forent pro externa, et interna ejusdem cathedralis ecclesiæ restauratione, ac constructione fornacis in tota sua interiori parte eorum propositiones Nobis referres, ac simul rationes, quæ necessarios sumptos suppeditarent, suggereres, prout in eisdem literis uberius continetur. Impiger tibi demando munere fuactus es, Nostrisque oculis nedum peritorum propositiones, sed etiam varias, diversasque rationes, e quibus necessariæ impensæ percipi possent, subiicisti. Nobisque propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, ac ut ecclesiæ cathedrali hujusmodi reparatione aliquo modo consulere dignaremur.

§. 2. Nos igitur omnibus prius peritorum relationibus, tuisque consiliis, ac rerum, et temporum vicibus mature perpensis, tuis votis quantum Nobis ex alto conceditur annuere volentes, ac supplicationibus tuis Nobis hisce desuper humiliter porrectis inclinati tibi, vel per te ipsum, vel per personam, seu personas a te subdelegandam, seu subdelegandas unum, vel plures census super bonis fabricæ dictæ cathedralis ecclesiæ ad formam Pianæ constitutionis usque ad summam scutorum triginta millium monetæ Romanæ sub eo tamen minori interusurio, quo fieri poterit absque ullius censuræ, aut pœnæ ecclesiasticæ incursu in dictas reparationes erogandam vendendi, ac constituendi plenam, et amplam facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Licentia de
imponendis
censibus super
bonis fabricæ.

§. 3. Ut porro conventa legalia interusuria persolvi, ac venditi annui census hujusmodi intra certum tempus redimi possint, quin redditus, ac proventus fabricæ aliquo modo imminuantur, hinc facultatem imponendi aliquam præstationem, seu taxam super omnibus fructibus, redditibus, et proventibus quaruncumque ecclesiarum, abbatiarum, capitularium, et conventualium, prioratum quoque, præpositurarum, præceptoriarum, canonicatum, præbendarum, dignitatum, etiam majorum, et principalium personatum, administrationum, et officiorum quorumcumque, beneficiorum ecclesiasticorum simplicium, et residentialium cum cura, et sine cura sæcularium, ac monasteriorum ordinis sancti Benedicti, sancti Augustini, Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Carthusiensis, Ca-

Indigitatur
modus solvendi
annuos fructus.

maldulensis; montis Oliveti, vallis Umbrosæ, et quorumcumque aliorum ordinum utriusque sexus etiam Mendicantium, et Cassinensis, sancti Salvatoris Lateranensis, aliarumque congregationum, tam virorum, quam mulierum, et societatum, conventuum, et locorum piorum, ac confraternitatum licet quovis modo exemptarum in ista tua diocesi Urbevetana existentium, auditis tamen eorumdem monasteriorum, conventuum, et locorum piorum deputatis auctoritate, et tenore prædictis concedimus, atque tribuimus.

Facultas cogendi loca pia ad exhibitionem librorum, super statu propriorum reddituum.

§. 4. Quoniam vero præstatio hujusmodi ita statuenda erit, ut conveniat quantitati reddituum locorum piorum, monasteriorum, conventuum, confraternitatum, ac beneficiorum diocesis hujusmodi, hinc facultatem quoque impertimur sub pœnis arbitrio tuo imponendis, ac etiam per censuras ecclesiasticas cogendi superiores monasteriorum regulares quomodolibet, ut præfertur, exemptorum, et administratores locorum piorum, monasteriorum, et confraternitatum hujusmodi, ac beneficiatos quoscumque ad exhibitionem librorum, et status reddituum, ac respective onerum cujuslibet ex dictis locis piis, monasteriis, conventibus, confraternitatibus, et beneficiis, ad hoc ut introitus cum exitu juxta proportionem habita comparari possit, indeque præstatio in ea quantitate, quæ viribus cujuslibet ex eis conveniat, dummodo tamen pro beneficiis curam animarum adnexam habentibus congrua conciliaris illæsa remaneat, statuatur, et præscribatur.

Methodus servanda pro extinctione censuum imponendorum.

§. 5. Non solum autem præstationem hanc per te imponi posse volumus ad constituendum annuum redditum ad solvenda annua interusura dictorum censuum, et ad restituendam sortem principalem, seu redimendos intra certum tempus annuos census hujusmodi necessarium, sed etiam, ut citius, quo fieri poterit, prædicti census redimantur, ac præstatio hujusmodi finiatur tibi facultatem tribuimus, qua omnes omnino fructus, ac redditus ad confraternitates, seu societates dictæ tuæ diocesis quomodolibet spectantes, quos ex librorum exhibitione prædicta eis superextare cognoveris in dictam causam applicare valeas. Tandem cum ad aliquam etiam annuam præstationem super bonis, fructibus, redditibus, et præventibus mensæ tuæ episcopalis te offeras, hinc facultatem, et potestatem imponendi super bonis hujusmodi an-

nuam taxam scutorum quinquagintorum auctoritate, et tenore prædictis attribuimus, et concedimus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro imponendis pœnis monasteriorum, conventuum, domorum utriusque sexus regularium, ac confraternitatum, sodalitorum, cæterorumque locorum piorum superioribus, prioribus deputatis, rectoribus, officialibus, et ministris cujuscumque status, gradus, et ordinis, et qualitatis existentibus, et speciali mentione dignis, nec non beneficiatis cum cura, et sine cura, ut tibi non solum omnia instrumenta, librosque, in quibus bona quæcumque, redditus, jura, et onera quæcumque ad monasteria, conventus, et domos, confraternitates, loca, et opera pia quæcumque spectantia, et pertinentia adnotata reperiuntur, absque ulla mora, ratione, et prætextu exhibeant, sed etiam te de omnibus, et singulis, de quibus eos requisiveris, docere, ac certiore facere omnino debeant, alioquin sententiam, seu pœnam, quam rite tuleris in rebelles, ac tuis mandatis parere recusantes statueris ratam habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non monasteriorum, conventuum, domorum, confraternitatum, locorum, et operum piorum hujusmodi, nec non beneficiorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo per-

sonæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima martii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

Dat. Romæ
30 martii
1784
anno X.

CDLXXXVII.

Instante rege catholico conceditur indultum clero seculari, et regulari recitandi officium sancti Josephi sub ritu semiduplici.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Decretum ad
rom editum a
s. congregatio-
ne Rituum.

§. 1. **N**uper ad preces venerabilis fratris episcopi sancti Jacobi Chilensis in Indiis occidentalibus emanavit a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum decretum tenoris, qui sequitur videlicet = Sancti Jacobi Chilensis in Indiis occidentalibus = Ad satisfaciendum peculiari devotioni, quæ in civitate, et diœcesi sancti Jacobi Chilensis in Indiis occidentalibus summopere viget erga patriarcham sanctum Josephum Beatæ Mariæ Virginis sponsum, dominus episcopus dictæ civitatis pro indulto recitandi officium, et missam ejusdem sancti Josephi semel in mense die 19 cujuslibet mensis non impedita sanctissimo domino Nostro Pio pp. VI. humillime supplicavit; et Sanctitas Sua ad mei infrascripti secretarii relationem, petitum officium cum missa a clero tam seculari, quam regulari supradictæ civitatis, et diœcesis sub ritu semiduplici semel in mense die 19 recitari, ac respective celebrari posse benigne concessit, exceptis tamen temporibus adventus, quadragesimæ, quatuor temporum, vigiliarum, sive cum jejunio, sive absque jejunio, atque illis feriis, in quibus secundum rubricas sit reponendum officium de festo duplici, vel semiduplici translato. Die decima tertia martii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto.

Loco ✠ signi

I. Card. Archintus præfectus
C. Airolti S. R. C. secretarius

§. 2. Cum autem, sicut dictus episcopus Nobis subinde exponi fecit, ipse decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desideret. Nos specialem ipsi exponenti gratiam facere volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus; illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ congregationis cardinalium.

Tenor apostolicæ confirmationis.

§. 3. Decernentes easdem præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus in perpetuum sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulæ solutares, et irritantes.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima martii, millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

Derogatio contrariorum.

Dat. Romæ
30. martii
1784.
anno X.

CDLXXXVIII.

Instante rege catholico indulgetur, ut clerum tam sæculare quam regulare recitare possit officium et missam sancti Paschalis Baylon.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Refertur tenor decreti editi a S. Rituum congregatione.

§. 1. Nuper ad preces carissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum regis catholici emanavit a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum decretum tenoris, qui sequitur videlicet » Urbis et Orbis » Ad enixas, piisque preces per equitem Josephum Nicolaum de Ozara nomine serenissimi regis Hispaniarum sanctissimo Domino nostro Pio pp. VI. porrectas pro extensione ad ecclesiam universalem officii, et missæ de com. conf. non pont. cum oratione, et lectionibus secundi nocturni propriis sancti Paschalis Baylon, jam adprobatis; Sanctitas Sua ad mei infrascripti secretarii relationem petitis benigne annuens, supradictum officium cum missa in memoriam prædicti sancti Paschalis a clero tam sæculari, quam regulari utriusque sexus ecclesiæ militantis, qui ad horas canonicas tenentur, quotannis die 17 maii sub ritu duplicis minoris, servatis breviarii, ac missalis Romani rubricis, recitari, ac respective celebrari præcepit. Die decima tertia martii millesimo, septingentesimo octuagesimo quarto.

Loco ✕ Signi

I. card. Archintus præfectus
C. Airoldi S. R. C. segretarius

Preces porrectæ pro confirmatione rescripti, quod reapse confirmatur.

§. 2. Cum autem sicut dictus Carolus rex Nobis subinde exponi fecit, ipse decretum hujusmodi quo firmiter subsistat apostolicæ confirmationis Nostræ patrocínio communitur plurimum desideret. Nos specialem ipsi Carolo regi gratiam facere volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, decretum

præinsertum auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ congregationis cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans,

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima martii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

Derogatio contrariorum.

CDLXXXIX.

Dat. Romæ
6. aprilis
1784
anno X.

Ampliatio facultatum alias R. P. D. Josepho Vinci concessarum ad promovendum commercium in civitate Fabrianensi et ad erigendum inibi xenodochium, aliaque peragenda.

Dilecto filio magistro Josepho Vinci in utraque signatura Nostro referendario, et cameræ apostolicæ præsidenti.

Pius PP. VI.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Quamvis Nos alias per Nostras in simili forma Brevis die xv mox præteriti februarii expeditas literas te in Nostrum, et Sedis apostolicæ commissarium, et visitatorem in civitate Fabrianensi, ejusque districtu deputaverimus, ad hoc ut, illuc contenderes, omniaque tua studia, laboresque omnes, tum ad restaurandum collapsum commercium, tum ad sopitas artes, præcipue vero lanificii adjuvandas, tum ad

Memoratur concessio facta in precedentiibus literis apostolicis.

veterem civium industriam augendam, cum etiam ad ea omnia curanda, quæ eorundem civium commodo, et utilitati opportuna, ac aptiora forent, impenderes; hocque consilio de tua sincera fide, probata prudentia, ac in rerum gerendarum dexteritate plurimum in Domino confisi, amplissimas concesserimus facultates ad ea omnia faciendam, gerendam, ac exequendam, seu exequi mandandam, quæ ad dictam commissionem quodammodo pertinere in Domino arbitratus esses, prout in eisdem literis uberius continetur; attamen cum alia plura sint præter super exposita, quæ ad intentum Nostrum maxime sunt conducibilia, quæque peculiari indigent providentia Nos quemadmodum alias, tam arduum, ac difficile apostolicæ Sedis memoratum negotium tuæ fidei committere haud hæsitavimus, ita in cæteris pariter, quæ ad Nostrum consilii complementum spectant, tua opera uti constituimus, ut hinc homines, ac cives prædicti quanta eos paterna charitate complectamur, re experiantur.

§. 2. Itaque redintegrantes, ac renovantes, et, quatenus opus sit, de novo concedentes, omnes, et singulas facultates tibi in memoratis literis, ut præfertur, concessas, tibi auctoritate apostolicâ tenore præsentium committimus, et mandamus, ut xenodochium civitatis Fabrianensis opportunioribus modis juxta facultates prædictas, nedum fabrica, ac necessariis commodis, sed etiam novis redditibus augeas. Ut insuper brephotrophium novis legibus, ac statutis instaures, ac etiam illud amplioribus proventibus dones, quo circa illud ab omni jurisdictione, et gubernio auctoritate, et tenore prædictis eximimus, et liberamus, tibi que uni subicimus.

§. 3. Volumus itidem, ut mulieres, quas vocant *Maestre Pie* inducas, ac scholas pro pauperum puellarum educatione eis erigas, illarumque congruæ exhibitioni consulas. Tandem nisi puellarum orphanarum educationi, ac illarum ad religionem, et ad artes institutioni provideatur, bono publico satis consultum non esse videretur, hinc tibi injungimus, ut totis viribus, omnique studio novum conservatorium ad puellas hujusmodi recipiendas institui, ac erigi cures. Quoniam autem huic fini aptum, ac idoneum esset, sicut accepimus, monasterium sancti Thomæ monialium ordinis sancti Benedicti dictæ civitatis Fabrianensis omnes facultates necessarias, et opportunas monasterium prædictum supprimendi, ac extinguen-

di, moniales vero illuc commorantes ad alia monasteria ejusdem ordinis transferendi, illiusque redditus conservatorio, ut præfertur erigendo concedas, et assignas, congrua tamen stabilita quantitate pro illarum alimentis, et sustentatione monasteriis, ad quæ translata fuerint, solvenda, cæterisque servatis, quæ in primodictis Nostris literis inter facultates tibi tunc impertitas, deque novo concessas in suppressionibus hujusmodi servari volumus. Nos enim tibi omnem, et quamcumque necessariam, et opportunam ad hæc omnia faciendi, gerendi, et exequendi, et exequi mandandi facultatem tribuimus, et imperitumur, omnesque facultates in memoratis Nostris literis ad ea exequenda, quæ tunc fuerunt disposita, concessas, ad hæc etiam perficienda, et absolvenda auctoritate, et tenore prædictis pariter concedimus, et impertimur.

§. 4. Decernentes præsentem literam semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque, quæ in Nostris memoratis literis non obstare volumus. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostrum anno decimo.

Confermantur
præcedentes
facultates in
prædictis literis
impertitæ.

Providentiæ
captæ ad effectum
erigendi
scholas pro
pauperis puellis.

Clausula sub-
lata, et decre-
tum irritans.

Derogatio con-
tyriorum.

CDXC.

Dat. Romæ
28. aprilis
1784
anno X.

Concessio juris privati utendi machinis ad fabricationem pulveris Nicosianæ favore marchionis Gioja, Caroli Sartori, et fratrum Rossetti.

Carlo per la divina misericordia vescovo di Porto, e s. Rufina cardinal di s. Marco della S. R. C. camerlengo

Exponitur concessio facta per chirographum executioni mittendum a cardinali camerario.

§. 1. La Santità di nostro signore pp. Pio VI. felicemente regnante si è degnata di accordare al marchese Fortunato Gioja, Carlo Sartori, e fratelli, e figlio Rossetti, come cessionarj di Francesco Galera non solamente la proroga per anni dodici della privativa dell'uso delle machine atte alla fabbricazione dei tabacchi in bastone, che era già stata conceduta per anni cinque al fu Pietro Giovanni Wendler al detto Francesco Galera in virtù di special chirografo segnato li 21. gennajo 1779, e rispettivo istromento dei 26. dello stesso mese stipolato per gli atti ora del Nardi segretario di camera; ma eziandio la concessione privativa della lavorazione dei suddetti tabacchi in bastone ad uso di Olanda, s. Omer, ossia fazione Dunkerken, ossia s. Vincenzo, Strasburgo, e Parigi, come dal chirografo della Santità sua segnato li 31. luglio dell'anno prossimo passato 1783., e registrato negli atti dell' infrascritto segretario di camera, ed a noi per l' esecuzione diretto del tenore seguente cioè.

Tenor chirographi.

§. 2. Reverendissimo cardinal Rezonico camerlengo di Santa Chiesa. Rendendosi degne del favore, e della protezione suprema quelle manufatture, e lavorazioni, che, coll' introdursi per la prima volta ne' stati promovono l' industria de' sudditi, aprono la strada all' occupazione, ed impiego di molti oziosi, e tendono a scemare il commercio passivo, Noi seguendo somiglianti massime, non possiamo dispensarci dal prendere sotto il Nostro special patrocinio la fabbrica dei tabacchi ad uso di Olanda, di Parigi, ed altre sorti introdotta già da alcuni anni in questa Nostra dominante da Pietro Giovanni Wendler, e continuata presentemente da Francesco Galera. Le perizie più diligenti, ed accurate, che abbiamo ordinate sopra i tabacchi lavorati in detta fabbrica, ci hanno con Nostra soddisfazione assicurati, che essi riescono di buona

qualità, e ad uso mercantile, e che attendendosi a perfezionare la lavorazione, ed a propagarne la coltivazione nel Nostro stato si può sperare di ridurli sempre migliori, e più perfetti, e di scemarne in conseguenza col tempo il commercio passivo del medesimo stato.

§. 3. In vista di che non permettono le Nostre paterne cure, sempre dirette a tutto ciò, che è di vantaggio, e comodo de' Nostri amatissimi sudditi di non concorrere colla pienezza della Nostra autorità a quei mezzi, che possono contribuire alla sussistenza, e perfezione della suddetta fabbrica di tabacchi; onde è, che avendoci umiliata supplica tanto il detto Galera, quanto il marchese Fortunato Gioja, e Carlo Sartori, come egualmente interessati in detta fabbrica, affinché ci fossimo degnati non solamente di prorogare a di loro favore la privativa dell' uso delle machine atte alla fabbricazione de' tabacchi in bastone, che in virtù di special chirografo segnato li 21. gennajo 1779. ed istromento stipolato li 26. dello stesso mese per gli atti allora del Venti uno de' segretarj della Nostra camera, concedemmo per anni cinque al menzionato Giovanni Wendler, ma ancora di conceder loro la privativa lavorazione de' suddetti tabacchi in bastone ad uso d' Olanda, s. Omer, ossia fazione Dunkerken, ossia s. Vincenzo, Strasburgo, e Parigi, ed inoltre di assicurarli dell'esito d' una determinata quantità di tabacchi, almeno per i primi anni, e per sino a tanto, che la suddetta fabbrica possa avere acquistato credito, ed assicurato uno spaccio corrispondente alla lavorazione necessaria, affinché la fabbrica medesima non solamente sussista, ma anche si perfezioni. Noi siamo venuti nella determinazione di aderire alla di loro supplica nel modo, e colle condizioni, che accennaremo in appresso.

Expositio precum portatarum ad effectum consequendi jus privativum.

§. 4. Pertanto col presente chirografo, in cui abbiamo per espresso il tenore dell' altro Nostro precitato chirografo dei 21 gennajo 1779. dell' istromento in sequela del medesimo come sopra stipolato, ed ogn' altra cosa quantosivoglia necessaria d' esprimersi, di Nostro moto proprio, certa scienza, e colla pienezza della Nostra suprema potestà, confermando, e prorogando per il corso di anni dodici dalla data del presente a favore

Tenor concessionis.

» dei suddetti Francesco Galera, mar-
 » chese Fortunato Gioja, e Carlo Sar-
 » torj la facoltà privativa di servirsi
 » delle machine, e torchi ad uso di
 » fabbricar tabacchi in bastone, e da
 » Noi come sopra conceduta al detto
 » Pietro Giovanni Wendler con gli ob-
 » blighi in detto Nostro chirografo in-
 » giunti, ordiniamo a voi, che in no-
 » me Nostro, e della Nostra camera
 » diate, e concediate, conforme Noi
 » diamo, e concediamo ancora ai me-
 » desimi Galera, marchese Gioja, e
 » Sartorj, la facoltà di fabbricare pri-
 » vativamente per il medesimo corso
 » di anni dodici da oggi prossimi fu-
 » turi tanto in Roma, che in tutto il
 » Nostro stato li tabacchi in bastone ad
 » uso di Olanda, s. Omer, fazione
 » Dunkerken, s. Vincenzo, Straburgo,
 » e Parigi, con le altre seguenti facoltà
 » proibizioni, tasse, e condizioni cioè.

Conditiones
 alligatae con-
 cessionarij.

» §. 5. » Primo. Che in coerenza di
 » tale concessione, durante il suddetto
 » duodennio, non sia lecito a veruno
 » né in Roma, né in tutto il Nostro
 » stato fabbricare, per vendersi, alcuna
 » sorta de' suddetti tabacchi in bastone
 » sotto quelle pene, che voi stimerete be-
 » ne di prescrivere. Secondo. Che in tutto
 » il suddetto tempo di dodici anni, do-
 » po che dai sunnominati soci conces-
 » sionarij si sarà assortita la fabbrica
 » suddetta di una quantità di ta-
 » bacchi a vostro giudizio sufficiente
 » debbano ripartirsi ogni anno ai nego-
 » zianti committenti di tali generi, o
 » alli spacciatori de' medesimi a mi-
 » nuto, ed in tre distribuzioni, cioè di
 » quattro in quattro mesi, e come voi
 » stimarete ragionevole, ed espediente
 » una porzione fino alla quantità di li-
 » bre centomila di tabacchi, che si
 » saranno lavorati in bastoni e com-
 » presi nella presente privativa conces-
 » sione, cioè di quelli lavorati in ba-
 » stoni ad uso di Olanda segnato lett. S.
 » gli altri similmente lavorati in basto-
 » ni, detti volgarmente di fazione ad
 » uso Dunkerken, ed altrettanta quan-
 » tità di libbre centomila di tabacchi in
 » polvere, purché però siano questi
 » di foglie raccolte ne' luoghi del No-
 » stro stato ecclesiastico, e purché si
 » gli uni, che gli altri siano stagionati,
 » giunti alla loro maturità, e dai pe-
 » riti, che a tale uopo deputarete, giu-
 » dicati di qualità mercantile, e ven-
 » dibile secondo la rispettiva loro spe-
 » cie, e non altrimenti. Terzo. Che
 » rapporto al tabacco lavorato in basto-
 » ni ad uso di Olanda detto lettera S.

» e l'altro detto di fazione ad uso
 » Dunkerken, che verrà ripartito, co-
 » me sopra, debba pagarsene il prezzo
 » in ragione di bajocchi tredici la lib-
 » bra, e rispetto agli altri similmente
 » in bastoni lavorati ad uso di s. Omer,
 » s. Vincenzo, Strasburgo, e di Pari-
 » gi, come anche rispetto a quello in
 » polvere lavorato con foglie del No-
 » stro stato, debba pagarsene il prezzo
 » a quella ragione, che di volta in
 » volta, che ne seguirà, come sopra
 » il riparto, e distribuzione verrà con-
 » cordata fra li suddetti soci, ed i ne-
 » gozianti committenti, o spacciatori
 » predetti, o che in caso di discre-
 » panza, verrà stabilita, e giudicata
 » da' periti da eleggersi parimente da
 » voi. Quarto. Che seguendo la predet-
 » ta distribuzione, e riparto, li suddetti
 » soci, ossia la loro fabbrica suddetta
 » sia tenuta accordare agli anzidetti
 » committenti o spacciatori, e ad ognu-
 » no di loro la dilazione, e respiro di
 » quattro mesi per il pagamento del
 » prezzo dei tabacchi toccagli in cia-
 » scun riparto da numerarsi dal giorno
 » dell' effettiva consegna dei medesimi.
 » Quinto. Che nel distribuirsi li sud-
 » detti tabacchi debba la fabbrica som-
 » ministrare ai mercanti, o ai spaci-
 » ciatori predetti quella specie, che pia-
 » cerà ai medesimi, purché però non
 » sia stata data da essi un anno prima
 » la commissione per la sua lavora-
 » zione alla suddetta fabbrica, e ciò
 » venga altresì concludentemente pro-
 » vato; ed in questa forma stipolarete
 » a favore dei prenommati tre soci
 » l' istromento della concessione,
 » pubblicherete editti anche penali a vo-
 » stro arbitrio, interporrete decreti in
 » qualunque tempo del suddetto duen-
 » nio, darete ordini opportuni in ogni
 » contingenza per indennità non meno
 » dei suddetti soci, e dei mercanti, e
 » rivenditori suddetti, che del publico,
 » e di chiunque avrà ragione, o parte,
 » benché minima, in detta fabbrica, e
 » nei tabacchi suddetti, e farete tut-
 » t' altro, che crederete spediante, equo,
 » e ragionevole, dandovi perciò Noi,
 » oltre alle vostre ordinarie, tutte, e
 » singole altre facoltà necessarie, ed
 » opportune.

» §. 6. Volendo, che il presente No-
 » stro chirografo, benché non ammes-
 » so, e registrato in camera, vaglia
 » tuttavia, ed abbia il suo effetto, ese-
 » cuzione, e vigore colla Nostra sem-
 » plice sottoscrizione, e che non gli si
 » possa mai opporre di surrezzione,

Clausulae sa-
 lutares et irri-
 tantes, ac de-
 rogatio contra-
 riorum.

„ orrezione, nè d'altro vizio, o difetto
 „ della Nostra volontà, ed intenzione,
 „ ancorchè non vi siano stati chia-
 „ mati, citati, nè sentiti monsignor
 „ commissario della Nostra camera, li
 „ suddetti negozianti, committenti, e
 „ spacciatori a minuto de' tabacchi, e
 „ qualsivoglia altri, che vi avessero, o
 „ pretendessero d'avervi interesse, non
 „ ostante il moto proprio di Pio. IV.
 „ Nostro predecessore *de registrandis*,
 „ la regola della Nostra cancelleria *de*
 „ *jure quæsito non tollendo*, e qual-
 „ siasiano altre costituzioni, ed ordina-
 „ zioni apostoliche Nostre, e de' nostri
 „ predecessori, leggi, statuti, riforme,
 „ usi, stili, consuetudini, ed ogni altra
 „ cosa, che facesse, o potesse fare in
 „ contrario; alle quali tutte, e singole
 „ avendone il tenore qui per espresso,
 „ e di parola in parola inserito per
 „ questa volta solamente, ed all'ef-
 „ fetto premesso ampiamente deroghia-
 „ mo. Dato dal Nostro palazzo apostoli-
 „ co Quirinale questo dì 31. luglio 1783.

PIUS PP. VI.

Executio chi-
rographi.

§. 7. Noi pertanto volendo, che quanto nel suddetto pontificio chirografo viene ordinato, ed espresso abbia a sortire il totale, e pieno suo effetto; in esecuzione del medesimo, e del successivo istromento tanto di proroga, che della nuova privativa concessione rogato negli atti dell' infrascritto segretario di camera il dì 9. agosto 1783. e stipolato avanti di noi a favore dei menzionati consoci e per l' autorità del nostro ufficio di camerlengato, ordiniamo, e comandiamo a tutte, e singole persone di qualsivoglia stato, grado, e condizione tanto laiche, quanto ecclesiastiche secolari, e regolari, ancorchè per comprenderle nel presente editto facesse d' uopo di specifica, ed individua menzione tanto in Roma, che per tutto lo stato, che intieramente si uniformino a quanto viene prescritto nel suddetto chirografo con la puntuale ubbidienza ai sovrani comandi, nè ardischino sotto qualsivoglia pretesto, capo, causa, o ricercato colore, di erigere, e servirsi, durante la presente privativa concessione delle machine, e ordegui posti in opera dai suddetti concessionarj, nè di fabbricare, e lavorare i tabacchi in bastone ad uso di Olanda, s. Omer, ossia fazione Dunkerken, ossia s. Vincenzo, Strasburgo e Parigi, nè molestare in verun modo è maniera, nè direttamente, nè indiret-

Bull. Rom. Tom. VII.

tamente i medesimi concessionarj, o impedire quanto viene loro accordato, relativamente in tutto, e per tutto al suddetto pontificio chirografo, ed a quanto in esso viene ordinato, ed espresso, sotto pena di scudi 100. d'oro da incorrersi *ipso facto* da ciascun contravventore, oltre la perdita della robba, e stigli caduti *in commissum* secondo le qualità de' casi, e delle circostanze.

§. 8. Avverta dunque ognuno onninamente d'ubbidire ai sovrani voleri della Santità di nostro signore, altrimenti in caso di fraude, e reitezza si procederà alle pene convenienti a nostro arbitrio *manu regia, more camerali*, ed in ogni altra maniera più spedita. Quali pene per una terza parte saranno applicate alla reverenda camera apostolica, e per le restanti due parti, una alli suddetti concessionarj, e l'altra all' accusatore, che sarà tenuto segreto. Volendo noi che il presente nostro editto pubblicato, ed affisso ne' soliti luoghi, oblighi ognuno alla piena osservanza, come se personalmente gli fosse stato intimato. Dato in Roma nella camera apostolica questo dì 28. aprile 1784.

Sanctio poe-
nalis.

CDXCII.

Dat. Romæ
6. aprilis
1784
anno X.

Impositio vectigalis solvendi in confectioe testamentorum, seu codicillarum, et super quodam cado vini, seu musti in diœcesi Viterbiensi, Tuscanensi, Sutrina, alibique favore nosocomii Expositorum Viterbii.

Pius PP. VI.

Motu proprio.

Li sommi pontefici Nostri predecessori sempre animati da quello spirito di carità, che è il fondamento della religione, e la base di ogni ben regolato governo, compassionando lo stato infelice di quelle povere creature, che nate da incogniti genitori senza appartenere ad alcuna determinata famiglia, restavano in molti luoghi, e provincie miseramente esposte ad una incerta esistenza; rivolsero a quest' oggetto di apostolica attenzione, e di sovrana provvidenza i pietosi loro sguardi,

Proemio.

M m

ed i vigilantissimi loro pensieri. Ad esempio pertanto, ed a norma dell'insigne archiospedale di Santo Spirito eretto in questa Nostra città di Roma, che fin dalla sua fondazione impiegò lodevolmente il fervoroso suo zelo al ricovero, al nutrimento, ed all'educazione dell'esposte creature, alle quali facilita inoltre, e presta onorata sussistenza, ed onesto collocamento, istradando a quest'effetto fanciulli, e fanciulle alle utili industrie, e somministrando a tutti competenti, e proporzionati sussidj, direbbero altresì le loro provide cure nell'istituire in alcune città de' pontificj domini altri ospedali destinati egualmente ad occuparsi di un'opera, che la ragione, e l'esperienza hanno riconosciuta sì necessaria, sì proficua, e sì conducente alla pubblica felicità. Tra questi pii stabilimenti, quello fondato sotto il titolo, ed invocazione di santa Francesca Romana nella Nostra città di Viterbo, da cui con somma Nostra consolazione si sono ritratti, e tuttavia si ritraggono rilevantissimi vantaggi, ebbe l'infelicità di essere stabilito sopra assegnamenti non sufficienti, né adeguati a' suoi pesi. Malgrado questa sproporzione, ha continuato egli sempre ad esercitare col più vivo impegno gli atti caritatevoli del suo pio istituto a beneficio de' luoghi tutti delle quattro diocesi di Viterbo, e Toscanella, di Montefiascone, e Corneto, di Civita Castellana, ed Orte, di Sutri, e Nepi, e ben anche di alcuni luoghi dipendenti dalle due diocesi di Bagnorea, e di Acquapendente, perchè tutti profittar debbano, e godere degli effetti di sua pietà. Per ovviare però a quello sbilancio, che deve onninamente produrre la ristrettezza dell'entrate a fronte delle gravosissime spese, non ignoriamo essersi in ogni tempo praticata la più benintesa amministrazione, la più esatta economia, e la più diligente industria con impiegare le mani, ed i talenti degli allievi dell'ospedale in lavori, e manifatture in esso introdotte espressamente, affinchè il lucro delle medesime cedesse a profitto del luogo pio: ma sappiamo pur anche con Nostro rammarico, e cordoglio, che tutte queste, ed altre savie premure, delle quali si è fatto pur troppo uso, non hanno apportato che leggerissimi sollievi, e sono anzi riuscite del tutto insufficienti a costituire l'equiponderanza del suo stato attivo con il passivo, giacchè l'esito superando ogn'anno esorbitantemente l'introito, si trova l'ospedale

obbligato a gravarsi continuamente di debiti ascendenti a grosse somme, che rendono vie più misera la di lui condizione, e che lo inoltrano a gran passi alla sua totale decadenza. Resi intanto Noi consapevoli di tutto ciò per mezzo di dettagliate informazioni fatteci dal reverendissimo cardinal Conti attuale visitatore apostolico del diviso ospedale, e ben persuasi della stretta necessità di que' temperamenti, che assicurino la stabile sussistenza di detto luogo pio condiscesi siamo a ricercare i suggerimenti del magistrato della nominata Nostra città di Viterbo, incaricandolo di proporre i mezzi più adattati, e men gravosi a poter fissare con proporzionate providenze la stabilità di sì importante pia istituzione. Secondando dunque esso magistrato le Nostre mire ci ha proposto di stabilire almeno per ora due tasse in tutti que' luoghi soggetti alle sopra menzionate diocesi, giacchè a loro favore, e profitto può dirsi stabilita la pia opera. Si è proposto dunque per la prima di dette tasse d'imporre sopra tutti i testamenti, e codicilli, perchè di tutti a titolo di pio legato in qualche piccola quota profitti il luogo pio, come già trovasi lodevolmente ordinato in altri luoghi, dove esistono tali pie istituzioni. Per la seconda poi si vorrebbe fissare sopra il raccolto delle uve, ragguagliandone la valuta sul quantitativo delle some di mosto, o vino, calcolandone in tutti i luoghi delle sopradette diocesi, l'introduzione non solo per uso proprio, ma anche per commercio, o per qualunque altra ragione, con proporzionata distiazione de' luoghi a misura della diversa qualità delle some, e con espressa dichiarazione che al pagamento di tal tassa debbano soggettarsi, e sottoporsi tutte, e singole persone di qualunque grado, stato, e condizione ancorchè privilegiate, ed ecclesiastiche tanto regolari, che secolari. Ci insinuò finalmente lo stesso magistrato, che siccome in alcuni de' succennati luoghi s'incontra facilmente il commodo di consumare, e vendere i vini, ed il mosto senza farne l'introduzione in alcuna terra, o città, il che facilita molto la fraude all'imposizione della tassa, onde per accorrere con più opportuno espediente a tal frode si vorrebbe obbligare ciascuno a dare, ed esibire dentro un certo determinato tempo nelle rispettive cancellarie la nota giurata del raccolto, su cui deve esigersi la corri-

Relazione del reverendissimo cardinale attuale visitatore al santo Padre sulle strettezze dello spedale, e richiesta di suggerirne il rimedio.

Progetto del magistrato per riparare alla imminente ruina dello stato economico dello spedale.

Sinacra la fondazione, e stato dello spedale di Viterbo.

Luoghi che trasmettono gli esposti allo spedale suddetto.

Applicazione dell'esercizio degli allievi, ed aluane.

Determina il santo padre di abbracciare il progetto del magistrato riferitogli dal reverendissimo cardinal Conti visitatore.

spondente tassa. Ed avendoci perciò riferito, e rappresentato il menzionato reverendissimo cardinal Conti il divisato progetto del ridetto magistrato di Viterbo, cui molto deve premere, che colla Nostra suprema autorità si prescrive l'occorrente per l'imposizione delle accennate due tasse: quindi con matura, e seria riflessione avendo Noi considerato, ed insieme conosciuto, e ritrovata l'emunciato progetto il più utile, e men gravoso a poter preservare dalla minacciata ruina il luogo pio, con dare al medesimo quel sollievo, con cui almen per ora possa egli continuare nel rilevante impegno di assicurare la vita, l'educazione, ed il sostentamento di tante povere creature abbandonate; ed essendo appunto questo un' oggetto, che fra le innumerabili cure del Nostro apostolato ci è stato sempre particolarmente a cuore sin dal momento, in cui piacque alla divina provvidenza d'innalzarci alla pontificia dignità, siamo venuti nella determinazione di prestarci benignamente a sì lodevoli suggerimenti. Pertanto colla presente Nostra cedola, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola registrato, ed inserito l'intero tenore di qualsivoglia privilegio, di esenzione, che giammai avessero, o pretendessero avere i luoghi pii, e le persone anche ecclesiastiche secolari, e regolari, e di ogni altra, e qualunque cosa quantosivoglia necessaria d'esprimersi, benchè degna d'individua, speciale, e specialissima menzione, di Nostro moto proprio, certa scienza, e colla pievezza della suprema Nostra pontificia potestà, ed autorità risolviamo ordinare, come in fatti ordiniamo le progettate due tasse nel modo, che si dirà in appresso, e perciò incarichiamo il detto reverendissimo cardinal Conti dell'esecuzione di questa Nostra sovrana ordinazione, dando, e concedendo a lui tutte le opportune, e necessarie facultà di poter procedere non solamente in qualità di visitatore apostolico, qual' egli è, ma ancora come specialissimamente a quest' effetto da Noi prescelto, e deputato. In tutti dunque i luoghi soggetti alle quattro diocesi di Viterbo e Tuscanella, Montefiascone e Corneto, Civitacastellana ed Orte, Sutri e Nepi, ed in alcuni altri luoghi delle due diocesi di Bagnorea, ed Acquapendente, dalle quali si trasmettono le indicate creature all'ospedale suddetto di Viterbo, intendiamo d'imporre, conforme imponiamo la

tassa di scudo uno per ogni testamento, o codicillo, ben inteso però, che debbasi contare in ciascun caso uno solo di questi atti fatti da un' istesso testatore che vogliamo sottoposto, e gravato di tale imposizione, e questa tassa d'avere il suo principio, effetto, ed esecuzione dopo la segnatura della presente cedola, applichiamo una volta per sempre all'ospedale di santa Francesca Romana di Viterbo: altra tassa poi similmente ordiniamo, ed intendiamo imporre, conforme imponiamo, ed applichiamo egualmente ora, e per sempre a detto ospedale, quale fissiamo sul raccolto delle uve, calcolandone la valuta a bajocco uno per ciascheduna soma di mosto, o vino, che s'introdurrà nelle rispettive città, e luoghi delle suddette diocesi da qualunque persona, e sotto qualunque titolo, o di uso proprio, o di commercio, o per qualsivoglia altra ragione, e causa colla sola proporzionata distinzione, che può riferirsi alla diversità delle misure nelle qualità delle somme: e perchè in alcuni luoghi di dette diocesi, e compresi nella Nostra sovrana disposizione, si possono consumare, e vendere i propri vini, senza farne l'introduzione in alcuna terra, o città, cosicchè con tale riflesso si potrebbe fraudolentemente esimere dal pagamento della tassa; per evitare dunque tale frode, dichiariamo compreso, e sottoposto come sopra, anche detto vino non introdotto, e consumato, e venduto; ed ordiniamo perciò espressamente allo stesso reverendissimo cardinal Conti di obbligare con assoluta autorità, tutte e singole persone suddette, niuna eccettuata, a dare, ed esibire dentro il termine di giorni quindici dal dì della raccolta nelle rispettive cancellarie la nota giurata del raccolto, su di cui dovrà sempre, ed in ogni anno avvenire calcolarsi, e sodisfarsi al pagamento della corrispondente stabilita, ed imposta tassa. Per gli effetti suddetti poi, e per la plenaria esecuzione della presente Nostra ordinazione, diamo, e concediamo come sopra al ridetto reverendissimo cardinal Conti visitatore apostolico, e specialmente a tale effetto da Noi prescelto l'autorità, e facultà di fare, e pubblicare qualsivoglia opportuno decreto, e necessario editto, e notificazione; deputare soprintendenti, ministri, ed esattori, dare commissione, ed ordini ai notari, archivisti e cancellieri, ed obbligarli a denunciare all'ospedale suddetto ogni, e

villi da farsi nelli suddivisati luoghi, e l'applica allo spedale.

Altra tassa per ogni soma di mosto, o vino da introdursi nelle terre, e città delle suddette diocesi, a l'applica come sopra.

Sottopone alla stessa imposizione anche i vini, che si vendono, e consumano abbenchè non s'introduchiano nel paese.

Ordina, e prescrive il modo per ovviare le frodi al pagamento dell'anzidetta tassa.

Concede facultà al reverendissimo cardinal Conti visitatore di pubblicare decreti, editti, e notificazioni, e deputare esattori, e ministri

Ordina l'imposizione di due tasse perpetue progettate dal magistrato di Viterbo.

Incarica il reverendissimo cardinal visitatore per l'esecuzione di tale imposizione, e gli comunica le opportune facultà.

Tassa sopra tutti i testamenti, o codi-

qualunque testamento, e codicillo da farsi come sopra; ed a qualsivoglia altre persone, che facesse di bisogno procedere, e far procedere per l'esigenza dell'enunciate, e fissate tasse alla spedizione, ed esecuzione della mano regia; multare con quelle pene, che egli crederà, tutte quelle persone, che usassero artifizj, doli, e frodi per sottrarsi in tutto, o in parte dall'esibizione, e consegna delle divise note, o dal pagamento delle suddette tasse; e prendere finalmente qualsivoglia provvedimento, e fare tutt'altro, che lo stesso reverendissimo cardinal visitatore pel vantaggio del detto ospedale, e per il plenario adempimento del presente Nostro moto proprio crederà expediente sì al presente, che al futuro, secondo le circostanze che gli si presenteranno, senza, che da persona veruna ecclesiastica o secolare, quanto si voglia privilegiata, e privilegiatissima possa giammai in qualunque modo, e tempo, e sotto qualunque titolo o pretesto farglisi contradizione, nè opposizione alcuna, al che non dovrà arrestarsi per qualunque ricorso, inibizione, o atto che fosse presentato, che dovrà egli onninamente sprezzare, forchè se fosse munito della pontificia Nostra sottoscrizione, il che intendiamo conceduto anche agli altri visitatori apostolici pro tempore di detto ospedale, dichiarando Noi, che sotto la disposizione del presente Nostro moto proprio debbano restar comprese tutte le persone dei luoghi delle suddette diocesi anche ecclesiastiche secolari, e regolari di qualsivoglia ordine, ed istituto, vescovi, e reverendissimi cardinali, cavalieri di Malta, e di ogni altro ordine militare, monasteri anche delle undici congregazioni, baroni, ospedali, vedove, pupilli, e qualsivogliano altri, che per comprenderli fosse necessario fare di essi, e de' loro privilegi espressa, e specifica, ed individua menzione. Volendo, e decretando, che la presente Nostra cedola di moto proprio, benchè non ammessa nè registrata in camera, e ne' suoi libri, vaglia nondimeno, ed abbia sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione, nè gli si possa mai opporre di surrrezione, orrezione, nè di altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione; che così, e non altrimenti debba sempre nelle cose premesse definirsi, ed interpretarsi da qualunque giudice, e tribunale, benchè collegia-

le, e composto di reverendissimi cardinali, ed eziandio da legati a latere togliendo loro, ed a ciascheduno di essi la facoltà di definire, decidere, ed interpretare diversamente; dichiarando fin d' adesso preventivamente nullo, irritato, ed invalido tutto ciò che scientemente, o ignorantemente si facesse, o tentasse di fare in contrario, ancorchè non vi siano stati chiamati, nè sentiti li vescovi delle dette diocesi, nè li procuratori fiscali delle loro curie, li luoghi pii, gli altri magistrati, ufficiali, gli arcipreti, gli uomini, ed abitanti di tutti li sopraddetti luoghi, nè altri qualsivoglia, che per qualunque titolo, e ragione, anche di particolari, e specialissime esenzioni del pagamento di tasse, vi fosse stato bisogno di sentire, chiamare, e citare; nonostante il moto proprio di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e qualsivoglia altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche, Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, eziandio canoniche, statuti riforme, ancorchè con apostolica autorità fatte, approvate, confermate, usi, stili, consuetudini, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario; delle quali tutte, e singole, avendone il loro tenore qui per espresso, e di parola in parola inserito, e registrato, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà, ed apostolica autorità a qualunque vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale che nelle cose premesse potesse intervenire, per questa volta solamente, ed agli effetti premessi amplamente, ed espressamente deroghiamo.

Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì 6. aprile 1784.

Deroga finalmente alle costituzioni, ed ordinazioni de' pontefici predecessori ostative al presente moto proprio, ed a qualsivoglia cosa in contrario.

Soggetta al pagamento delle imposte tasse tutte, e singole persone anche ecclesiastiche regolari, e secolari, privilegiate e privilegiatissime.

Decreta, che la presente cedola di moto proprio abbia il suo pieno effetto abbenchè non citati, nè sentiti li vescovi, e procuratori fiscali, ed altri magistrati delli luoghi compresi e sottoposti a dette tasse.

Dat. Romæ
7. maii
1784.
Anno X.

CDXCIII.

Confirmatio decreti congregationis Sacrorum Rituum, quo officium et missa in memoriam beatæ Mariæ Annæ pro universo ordine Excalceatorum beatæ Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis captivorum alias adprobaturum ad utrumque clerum regnorum regi catholico subjectorum extenditur.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. **U**niversæ Ecclesiæ cura, et administratio Nobis, licet immerentibus divina miseratione commissa exigit, ut pia sublimorum principum orthodoxæ fidei tuendæ, et propagandæ zelo, aliisque in eandem Ecclesiam meritis insignium pia vota, quibus beatorum cælestis Hierusalem civium veneratio in terris promoveatur, paterno favore prosequamur. Cum itaque a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum decretum emanaverit tenoris sequentis videlicet = Hispaniarum =

Tenor decreti editi a sacra congregatione Rituum.

§. 2. Ad magis promovendum cultum erga beatam Mariam Annam a Jesu monialem ordinis excalceatorum beatæ Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis captivorum, eques Josephus Nicolaus de Azara nomine serenissimi regis Hispaniarum sanctissimo Domino Nostro Pio pp. VI. enixe supplicavit, pro extensione officii, et missæ de com. Virginum cum orationibus, lectionibus secundi nocturni, secreta, et post communionem propriis in memoriam ejusdem beatæ, jam a Sanctitate Sua die 10 maii 1783, et 17 januarii 1784 pro dicto universo ordine adprobat. ad utrumque clerum tam sæcularem, quam regularem omnium regnorum, et dominiorum eidem serenissimo regi subjectorum; et Sanctitas Sua propter specialem devotionem, qua idem serenissimus rex fertur in prædictam beatam, ad mei infrascripti secretarii relationem, ejusmodi supplicationi juxta petita sub ritu duplicis minoris, servatis tamen brevissimi, ac missalis Romani rubricis, benigne annuit, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Die 3 aprilis 1784.

Loco ✕ signi

I. Card. Archintus præfectus
C. Aioldi S. R. C. secretarius

§. 3. Idem Karolus rex, quo decretum hujusmodi firmiter subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderat. Nos igitur piis ejusdem regis catholici votis quantum cum Domino possumus annuere volentes, ac clerum prædictum, ejusque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum decretum auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, eique apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomolibet intervenerint, supplemus.

Tenor confirmationis apostolicæ.

§. 4. Decernentes has præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus in perpetuum sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scicnter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut ipsarum literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima maii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

Fides habenda transumptis, et derogatio contrariorum.

CDXCIV.

Dat. Romæ
7. maii
1784
anno X.

Confirmantur, seu de novo conceduntur facultates pro constructione valetudinarii Imolensis.

Dilectis filiis Alexandro Alessandretti canonico, et vicario capitulari ecclesiæ Imolensis, nec non Joanni Baptistæ marchioni Zappi, et Julio Pappotti nosocomii Imolensis deputatis.

Pius PP. VI.

Dilecti filii
Salutem, et apostolicam benedictionem

Laudes cardinalis Bandi
episcopi Imolensis.

§. 1. **P**ost luctuosum, Nobisque summopere acerbum obitum dilecti filii Nostri Joannis Caroli, dum vixit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Bandi nuncupati ex indulto, et dispositione apostolica episcopi Imolensis, qui tum suam Nobiscum cognationem, cum vel maxime ob suas præclarissimas in Deum, et in proximum virtutes, quibus, et cardinalem optimum, et episcopum solertem se gessit, inter cæteros Nobis fuit præcipue carus, ad ea omnia providentiæ Nostræ intuitum convertere tenemur, quæ pro ejusdem ecclesiæ Imolensis, cui præerat, et Christifidelium suæ pastoralis vigilantie commissorum utilitate, et commo suscepit; ut siquæ morte preventus consummare non potuit, Nostra tamen dispositione perficiantur, præsertim vero quoties Nostra etiam accedente auctoritate ea aggressus sit, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Providentiæ susceptæ pro erectione nosocomii in civitate Imolensi.

§. 2. Siquidem Nos alias per Nostras in simili forma Brevis die decima aprilis anni MDCCLXXXI. expeditas literas memorato Joanni Karolo cardinali, ad hoc, ut in amplo, ac aprico loco novum nosocomium, seu valetudinarium ad utriusque sexus infirmos excipiendos in civitate Nostra Imolensi construere possit, quam plurimas facultates impertiti sumus, prout in eisdem literis uberius continetur; cum autem, sicut accipimus, morte preventus susceptum consilium consummare non potuerit, Nosque illud perfici summopere cupientes, ac vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus Nobis hisce desuper por-

rectis inclinati, discretionibus vestris, de quorum prudentia, integritate, fide, religionis zelo, ac in rebus gerendis dexteritate plurimum confidimus auctoritate apostolica per præsentis committimus, et mandamus, ut omni cura, et sollicitudine nosocomium, seu valetudinarium hujusmodi, prout memoratus Joannes Karolus cardinalis aggressus fuerat, omnino perfici studeatis.

§. 3. Nos enim vobis omnes, et singulas facultates, quas alias dicto Joanni Karolo cardinali in memoratis Nostri literis impertiti sumus, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et concedimus; vos quippe in ejus locum, quoad nosocomii, seu valetudinarii hujusmodi constructionem, cæteraque omnia ad illud spectantia, et respicientia auctoritate pariter, et tenore prædictis sufficimus, et subrogamus.

Facultates tribuuntur defuncto episcopo, conferuntur moderatoribus ipsius nosocomii.

§. 4. Decernentes has præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicutque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Nos obstantibus iis omnibus, quæ in dictis Nostri literis non obstare volumus. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima maii MDCCLXXXIV., pontificatus Nostri anno decimo.

Derogatio contrationum.

Dat. Romæ
11. maii
1784
anno X.

CDXCV.

Confirmatio permutationis duarum ecclesiarum parochialium in diœcesi Fesulana.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum porrectarum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt venerabiles fratres Antonius archiepiscopus Florentinus, et Ranerius episcopus Fesulanus, quod cum nuper ad sepelienda cadavera Christifidelium in civitate Florentina defunctorum constructus fuerit per amplius ager sanctus vulgo *Campo Santo* intra limites parœciæ sanctæ Lucie a Trespiano Fesulanæ diœcesis, ac nimis irregulare videretur cadavera hujusmodi intra septa alterius diœcesis tumulari, ad tollendum hoc absurdum, omnesque antevertendas controversias, ac lites, quæ exinde temporis successu exoriri possent, tum memoratus Antonius archiepiscopus episcopo Fesulano ecclesiam parochialem sancti Martini a Mentola, tum dictus Ranerius episcopus archiepiscopo Florentino dictam parochialem ecclesiam sanctæ Lucie a Trespiano una cum eorum respective territoriis, populis, confraternitatibus, oratoriis, aliisque adnexis, et connexis, salvis tamen juribus patronorum ecclesiarum existentium intra septa dictarum parochiarum de consensu dilectorum filiorum capitulorum cathedralium ecclesiarum Florentinæ, et Fesulanæ sibi invicem concesserunt, reservato tamen Nostro, et Sedis apostolicæ beneplacito. Nobisque propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti; aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium Tridentini concilii interpretum consilio dictam permutationem, seu mutuam cessionem auctoritate apo-

stolica approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus; ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, siqui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 3. Decernentes easdem præsentès literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, duarum diœcesium prædictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima maii MDCCLXXXIV. pontificatus Nostri anno decimo.

Derogatio contrariorum.

Dat. Romæ
14. maii
1784
anno X.

CDXCVI.

Facultas vescendi carnibus et lactici-
niis diebus prohibitis pro pretoriana
cohorte Ferdinandi regis Hispaniarum
infantis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Ratio conces-
sionis.

§. 1. **U**t securitati conscientiae, ut
corporum incommodis eorum, qui in
cohorte prætorianorum militum dilectis-
simi in Christo filii Nostri Ferdinandi
regis Hispaniarum infantis militant,
quantum cum Domino possumus, op-
portune consulamus, supplicationibus di-
cti Ferdinandi regis Hispaniarum infan-
tis nomine Nobis super hoc humiliter
porrectis inclinati, universis, et singu-
lis militibus exercituum prædictorum,
ut quadragesimæ, et aliis anni tempori-
bus, ac diebus, quibus carniæ, ovo-
rum, et lacticinorum æsus est prohibi-
tus, ubicumque eos declinare contige-
rit, ovis, caseo, butyro, et allis lati-
ciniis, ac etiam carnibus (non tamen
feria sexta, et sabbato, cujuscumque
hebdomadæ, ac tota majori hebdoma-
da, quoad carnes,) vesci absque alio
conscientiæ scrupulo, aut censurarum
ecclesiasticarum incursu libere, et licite
valeant, apostolica auctoritate tenore
præsentium licentiam, et facultatem
concedimus, et impertimur.

Derogatio con-
trariorum.

§. 2. Non obstantibus constitutio-
nibus, et ordinationibus apostolicis, cæ-
terisque contrariis quibuscumque. Datum
Romæ apud sanctum Petrum sub an-
nulo piscatoris die decima quarta maii
millesimo septingentesimo octuagesimo
quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

CDXCVII.

Dat. Romæ
21. maii
1784
anno X.

Confirmantur regulæ, seu constitutiones
fratrum ordinis Pœnitentiæ nuncupa-
torum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **I**njuncti Nobis divinitus pa-
storalis officii ratio exigit, ut paternam re-
ligiosorum virorum Altissimi obsequiis
sub laudabili vitæ religiosæ instituto
mancipatorum cura gerentes in salutari
eorum vivendi norma, regularique obser-
vantia confovere, atque conservare sa-
tagamus, ac proinde ea, quæ simili
consilio, ac pro felici, prosperoque il-
lorum regimine, et gubernio provide,
prudenterque facta, atque ordinata esse
noscuntur, quo firmiori stabilitate per-
severent apostolici muniminis præsidio
roboremus. Proemium.

§. 2. Exponi Nobis siquidem nuper Expositio præ-
cum.
fecerunt dilecti filii fratres Pœnitentiæ
nuncupatorum quod pro felici ipsorum
exponentium, et ipsius religionis directio-
ne formatae, seu compilatae fuerunt non-
nullæ constitutiones tenoris, qui sequi-
tur videlicet.

Regulæ, et constitutiones

CAPUT I.

§. 3. Regula hæc ducitur præscri-
benda sub beneplacito apostolico, hu-
militer implorando iis omnibus, qui
peccatorum suorum pœnitentia ducti,
et Deo vocante, vanitatibus mundi re-
nucciantes in hujus pii instituti obser-
vantia æternæ salutis suæ consulere vo-
lunt, ac creatori suo securius famulari
cupiunt: oportet enim ad consequen-
dum id, sequi exemplum Jesu Christi
Domini Nostri, qui natus, vixit, et
mortuus est in paupertate, dolore, et
contemptu; prout et ejus divina mater,
ac apostoli, eo vel maxime, quia de
propriis tenemur satisfacere peccatis; ac
ideo hæc religio vocanda est Pœnitentiæ
sub regimine superiorum, qui guardia-
ni, provinciales, ac generales nuncu-
pabuntur. Tenor regula-
rum seu con-
stitutionum
confirmanda-
rum.

CAPUT II.

§. 4. Si quis, Deo vocante, habi-
tum pœnitentiæ petierit, inquiretur ab
eo diligenter, quo motivo, quaque vo- De requisitis
necessariis, ut
aliquis reci-
piatur in ordi-
ne.

Intate hoc vitæ genus elegerit; præterea utrum sit cælebs, et liber ab omni debito; an habeat matrem viduam, aut sororem cælebem, quas sustentare debeat. Si ex prædictis nullum existat impedimentum guardianus, vel per se, vel alium informationes inquirat, utrum ab antiquis trahat originem christianam, an ipse contra s. inquisitionis tribunal deliquerit: an officium aliquod vile, ac pro diversitate regnorum infamiam sapiens exercuerit: aut aliquo canonico detineatur impedimento: tales siquidem recipi omnino prohibentur.

Sit præterea saltem in grammatica sufficienter instructus, ac decimum octavum non minus suæ ætatis annum completum habeat, si est pro clerico, vigesimum vero primum inchoatum si est pro laico: sitque dispositus modo, ac tempore a sancta synodo Tridentina Sess. 25. de Reform. cap. 15 præscriptis renunciare omnibus bonis temporalibus. His autem præditis requisitis, antequam religionis habitum obtineat, eoque induatur, per decem, aut plures dies probentur ejus vires, et animus, deinde vestietur super vestem propriam tunica violacei coloris, et corda sparteæ, seu funiculo cingetur; qui sic vestitus omnibus exercitiis tam spiritualibus, quam domesticis communitatis interesse debet. Pro prandio, et cœna rectorium ingrediatur ubi tempore benedictionis in medio prostratus, postea dato signo surgens ultimo loco sedebit, etiam post laicos. Pro gratiarum actione itidem prosternetur, hocque modo præfatos decem, aut plures probationis dies transiget, quibus eundem superior, vel alter ex ipsius commissione discrete, et suaviter exercitabit in actibus humilitatis, patientiæ, et abnegationis sui ipsius ad capiendum experimentam ejus bonæ voluntatis, atque perseverantiæ.

CAPUT III.

De forma habituum

§. 5. Finitis decem dicti experimenti diebus, cognita prætendentis perseverantia, communitas tota cum superiore vota dabunt secreta cum fabis albis pro receptione, et nigris pro rejectione, habitisque favorabilibus saltem ultra medietatem suffragiis, habitu induetur. Binis solum vicibus vota dabunt, videlicet pro susceptione, et professione.

Recepti novitii literæ patentes patris provincialis, fides baptismi cum

Bull. Rom. Tom. VII.

informationibus in archivio reponantur; similiter autem dies vestitionis, hora, et superior, a quo receptus est, atque conventus, notetur. Novitiique vestes sæculares, aliaque quæcumque, quæ in ingressu secum attulerit in loco proprio reponantur, et sedulo custodiantur, reddendæ eidem, si forte in proposito non perseveraret, vel de novitiatu impressus dimittendus esset.

Fratres Pœnitentiæ vestiuntur habitu ex panno crasso coloris, qui sit pertingens usque ad talos: non habeant collare: manicæ sint mediocriter strictæ, ut solummodo strophium possit imponi, quæ in extremitate sunt aperiendæ uno circiter palmo, quo assuetur frustulum panni cum tribus nodis ex eodem panno factis, quatenus dum necesse fuerit possint aperiri pro lavando, vel alio labore. Utentur capucio rotundo absque cuspe, vel sub sutura, cui adnectenda est valona decem digitorum latitudinis in circuitu, quæ ex humeris ad pectus dependeat divisa cum extremitatibus rotundis. Pro laicis vero id locum valonæ assuetur capucio frustulum panni quinque digitorum latitudinis in circuitu. Habebunt quoque in sinistra pectoris parte frustulum panni assutum pro sacculo. Præcingentur cingulo cæruleo, quod ex rudi lana conficiatur, in cujus extremitatibus fiat floccus ex lana alba, pro laicis vero ex lana nigra. Crines numquam ultra quartam partem digiti nutriant, neque barbam. Sacerdotes, et clerici portent tonsuram ad instar cleri sæcularis, et juxta canonum præscripta. Utantur femoralibus lineis, quorum tria paria quisque habeat; unum vero par usque ad genua pertingens ex panno pro hyeme a festo omnium Sanctorum usque ad Ascensionem Domini permittitur, et ab intermedio tempore earundem solemnitatum gestare poterunt pallium, sive mantellum oblongum usque ad genua; duo itidem strophia de colore, et duo alba ex tela habere possunt. Duo quoque sudaria habere, et gestare pro tuenda salute permittuntur, et semper utentur sandaliis ad instar Cappuccinorum, nec unquam nudis pedibus incedent.

Hinc prohibetur nequis religionum hujus ordinis præter constituta vestimenta aliis utatur; quare nec habitum subsuere, neque indusium portare audeant. Pro munditie vero quisque duas tunicas habeat, quas non licet simul gestare. Pro itinere conceditur pileus coloris habitus, nec non ha-

culus, et pyxis laminea e loro, sive corrigia per humeros pendens, in qua breviarium, et chartæ conserventur.

CAPUT IV.

De professione

De professione.

§. 6. Quatenus fratres Pœnitentiæ ad studia, pulpita, confessionalia, et assistentiam moribundorum assiduo, salubrique labore frequentanda robusti vivant vita, conceditur omnibus etiam laicis, et novitiis, ut hyemis tempore, ob stomachi, aut pectoris debilitatem portent fasciam ex habitus panno factam septem digitis latam, et longam, ut ter super habitum circumvolvi possit. Novitii ejusdem formæ, ac religiosi professi deferant habitum cum capucio, et valonâ; ut vero a professis distinguantur cinguli loco se præciagent corda crassa sparteæ.

Superiores teneantur vestire, ac providere suos subditos omnibus necessariis juxta possibilitatem, ne cuiquam detur occasio transgrediendi regulam.

Non liceat superioribus quidquam a novitiis exigere pro susceptione, et vestitione, neque jubeantur quidquam ad cœnobium adferre, præter vestes ad professionem usque seorsim servandas. Breviaria tamen acceptare poterunt, si eisdem a sanguine conjunctis offerantur, Pro vestiendis novitiis ad domos novitiatu ex aliis conventibus debent mittere habitus usitatos.

De domibus pro novitiatu.

§. 7. In qualibet provincia duæ domus pro novitiatu designabuntur, et magister novitorum constitnetur, qui præ ceteris regularis observantiæ, atque virtutum specimen de se exhibuerit; cujus singularis cura erit, ea, quæ vitæ religiosæ perfectionem, regulæque observantiam spectant novitios docere, summa diligentia invigilando, ut omnia adimpleantur, et observentur ab eisdem, quæ in hac regula præscribuntur, præcipueque ea, ad quæ se votis obligaturi sunt, videlicet paupertatem, castitatem, et obedientiam addiscant, et in praxim deducant. Si per anni decursum magister adverterit quempiam novitorum discolum, inquietum, præceptis inobedientem, ad pœnitentiæ opera pigrum, moribusque dissolutum, eundem paterne reprehendat, atque pro gravitate delicti puniat intra novitiatum, nisi delictum sit communitati notum; nam tunc coram tota communitate pœnitentiam agat. Sit autem magister discretus, et charitativus in castigandis

novitiis, non injungendo pro levibus graves pœnitentias, sed tales, quæ correctionem, non vero destructionem efficiant. Si vero novitius, neque pœnitentiis, neque salutaribus monitiis ad meliorem frugem reducatur, magister referat guardiano, qui talem tanquam religioni inutilem charitative dimittet. Ter in hebdomada habebitur capitulum in novitiatu videlicet fer. ii. fer. iv. et fer. vi.; in quibus culpas coram magistro dicent, pro quibus facta exhortatione culpis adæquatas recipient pœnitentias. Hæc eadem pater guardianus cum cæteris in junioratu constitutis, et fratribus laicis, qui ad conservandum spiritum humilitatis, et mortificationis ad quinquenniū sub eadem disciplina detinebuntur, exercitabit in capitulo ad hoc designato. Novitii quolibet diè dominicò, et in festis solemnioribus, ac aliis peculiaribus instituti, confessionem peragent, ac sacra synaxi reficientur, ac idem servabitur ab omnibus professis, usquequo ii, qui clerici sunt, fuerint sacerdotio initiati.

§. 8. Appropinquante tempore professionis alicujus novitii, magister certiores faciet superiores, quem coram communitate sincere informabit de omnibus qualitatibus novitii. Tunc superior implorato prius divino lumine cum communitate vota dabit pro admissione ad professionem, habitisque supra medietatem favorabilibus suffragiis, novitius coram communitate prostratus gratias aget, ac deinde confessionem peraget cum solita formula = Confiteor Deo omnipotenti ec. cui superior paratum tenebit habitum novum cum capucio, et cingulo. Facta deinde communionem superior ad cornu epistolæ sedens coram tota communitate novitium ante altare prostratum admonēbit brevi sermonē de obligatione, quam contrahit per professionem, ejusque determinationem ad vota emittenda inquirat, qui manifestata sua resolutione surgens a terra genuflectet coram superiore exhibente regulam istam, cui novitius utramque manum imponet, superior autem super manus ejus tenebit dextram suam, prædicetque formulam votorum, quam professans clara voce repetet coram tota communitate. Vota emittet sequentia: paupertatis evangelicæ, castitatis, et obedientiæ; juramentum quoque defendendi pro viribus mysterium immaculatæ conceptionis beatæ Virginis Mariæ.

§. 9. Emissis votis pulsabuntur campanæ, et professus versus altare genuflexus suscipiet e manu superioris cru-

De votis dandis pro admissione ad professionem.

De benedictione professantis

cifixum inter brachia; interim superior benedicet professantem, atque cingulum per triplicem orationem I. Ad Dominum nostrum Jesum Christum II. Ad beatam Virginem Mariam III. Ad omnes sanctos præmissis *ψψ*. et *RR*. Deinde professantem superior cingulo præcinget, communitate *Te Deum laudamus ec.* cantante, in cujus fine dicitur alia oratio pro gratiarum actione; qua finita cantabitur: *Benedicamus Domino ec.* ac tandem recipiet a professante superior crucifixum, cui neoprophessus osculabitur manus, cæteros vero fratres per ordinem amplexabitur. Professio signetur in libro ad hoc determinato cum subscriptione ipsius neoprofessi, superioris, atque duorum testimoniorum. E communitate nullus permutet nomen suum baptismale, neque cognomen.

CAPUT V.

De ætate recipiendorum

De ætate recipiendorum.

§. 10. Circa ætatem recipiendorum adolescentium superius cap. II. provisum fuit; quoad alios vero discernant superiores, ad quos susceptio pertinet; quatenus eos qui provecæ sunt ætatis nisi necessitas, et utilitas personæ aliud suadeat, non recipiant. Excipiuntur religiosi alterius ordinis, qui permissu suorum superiorum hoc institutum amplecti voluerint, et presbyteri sæculares, quos recipere liceat quacumque ætate, nisi ob nimiam ætatem essent inhabiles.

Prohibentur suscipi, aut ad professionem admitti infirmitate habituali, siye continuo laborantes.

CAPUT VI.

De numero religiosorum in quolibet conventu

De numero religiosorum in quolibet conventu.

§. 11. Unaquæque provincia habeat solummodo duodecim conventus, quibus plures addi nequeant, extractis undecim conventibus eligetur novus provincialis; ante foundationem undecimi conventus, qui extant a provinciali viciniore gubernentur. Cænobium Salmaticense, si divina favente gratia fundabitur, eo quod in ea civitate nata sit hujus ordinis idea primarium obtineat locum, ejusque provincia a Jesu nuncupabitur, cujus effigies in omnium ecclesiarum majori ara jubetur collocari, similiter etiam super ecclesiarum januas, quæ debet esse sculpta ex *Bull. Rom. Tom. VII.*

lapide cum cruce in humeris media tantum effigie prominens: cæteræ provincie nominandæ sunt juxta mysteria vitæ passionis, ac mortis Domini nostri Jesu Christi.

§. 12. Debeat autem fratres Pœnitentiæ in magnis, ac populatis civitatibus conventus fundare. Si vero hæc obtinere non potuerint, fundabunt in locis, in quibus jam spirituali proximorum utilitati deservire, quam etiam absque fidelium gravamine, et regulæ transgressione eleemosynis sustentari valeant. Numquam tamen sint duo conventus in eodem loco, sed ad minus distet unum ab altero decem milliaribus Italicis.

Quibus in locis conventus fundari debeat.

§. 13. In singulis conventibus sint tantum tresdecim sacerdotes cum guardiano, nisi spiritualis proximorum utilitas plures exposcat, quibus addetur organista. Ubi vero sunt studia, sint insuper quatuor lectores, nempe philosophiæ unus, unus theologiæ scholasticæ, alter controversiarum, et quartus sacrorum canonum, ac studiosi dictarum facultatum, et præterea sit ibidem quintus theologiæ moralis professor, qui confessarios, et prædicatores ad omne opus bonum instruere debeat. Numerum ergo præscriptum excedant lectores, novitii, choristæ, studentes, qui semper tales reputabuntur, donec literis sufficienter eruditi ad sacerdotium promoveantur, atque alio transmigrare jubeantur, ubi quispiam e vita cesserit. Laici sint quatuor in omni conventu deputandi pro officiis domesticis, duo vero sint supra hunc numerum quatuordecim eleemosynarum. In domibus vero studiorum sint sex laici pro domesticis officiis, et pro mendicatione duo, nisi necessitas plures exigat. Caveat provincialis numerum religiosorum augere absque necessitate; quapropter completo præscripto numero, non exhibeat patientes pro receptione, nisi ipsi constet quempiam religiosum e vita cessisse, quod in patentibus literis exprimat. Ad studia literarum debent fratres juniores omni cum rigore applicari, quatenus habiles reddantur ad exercendum officium sacerdotis, ad quæ si quispiam ineptus fuerit cognitus in novitiatu ad professionem nullo modo admittatur.

De distributione religiosorum in quolibet conventu.

CAPUT VII.

De forma conventuum

§. 14. Fratres Pœnitentiæ humiliter postulabunt a fidelibus, ut sibi concedatur ab ipsis in eorum civitatibus, *N n 2*

De forma conventuum.

et locis erigere conventus, qui debent esse strictæ paupertati correspondentes, absque fornicibus, cælaturis, et aliis ornamentis, sive picturis in muro sub pœna, quod si secus fieret, indigni certe essemus nominati filii pœnitentiæ, ac imitatores Jesu Christi. Superiores igitur, qui in hoc puncto deprehenderentur culpabiles a provinciali, seu generali cum suo definitorio superioratu priventur, ac inhabiles ad simile officium deinceps exercendum declarentur; errores vero ab iis contra hanc regulam commissi a successoribus pro posse corrigantur. Advertendum tamen hanc humilitatis pragmaticam servandam esse, dum conventus de novo eriguntur; nam si aliter extracti ordinis nostro concederentur, tunc officit eos ad possibilem simplicitatem, et formam a regula præscriptam pro posse reducere. Duas tantum habeant habitationes, inferiorem, et superiorem. In domibus, quæ pro celebrandis capitulis assignandæ erant, atque studiorum, fiant cellulæ quinquaginta, quibus si possibile fuerit adjungi permittitur camerula, sive museolum pro studio, in cæteris vero sufficiant quadraginta præter domos novitiatuum, in quibus a cæterorum fratrum habitatione separata fiat clausura ad evitaudum consortium professorum, quam præter guardianum, magistrum, aut vicarium, nemo inferior absque expressa licentia guardiani, vel magistri ingrediatur. In unaquaque cella dñæ tantum permittuntur sedes ex rudi ligno, mensula, pluteus, atque arca ad conservanda scripta. Fenestræ possibiliori modo fiant remotæ a visione sæcularium prospicientes ad claustum, habeantque valvas ligneas. Valetudinarium, et cæteræ officinæ fiant juxta morem cæterorum religiosorum. Hortum habeant, quantum fuerit possibile, spatiosum pro cultivatione, et recreatione religiosorum.

De forma ecclesiarum et sacra suppellectili.

§. 15. Ecclesiam poterunt habere satis amplam cum duplici choro majori, et minori, ne sit tamen nimis pomposa, et sumptuosa, neque habeat tarrim, picturas, cælaturas, et similia ornamenta, præterquam in altaribus, quæ etiam deaurari poterunt, si fideles ita fieri curaverint. Similiter paramenta, et sacra suppellectilia licitum erit habere ex serico, auro, et argento, in conspectu enim adeo excelsi sacrificii omne pretiosum modicum est, et exiguum. Habebunt quoque campanas in spadana collocatas, quarum una sit bene sonora, quatenus a fidelibus audiri possit. Quid-

quid igitur his amplius est, quod paupertati repugnat, evitare, ac reiicere debent fratres Pœnitentiæ, quamvis benefactores aliter vellent fabricare, siquidem nihil magis diligere debent, quam paupertatem, et ea, quæ sunt humilia, et despecta coram mundo.

CAPUT VIII.

De lecto, et refectorio

§. 16. Unusquisque fratrum dormiat in cella sua, ubi habeat lectum de ligno rudi uno palmo a terra elevatum cum sacco, et cervicali ex tela crassa stramine impleto, ita duas lodices. Refectorium sit capax pro quadraginta personis; in conventibus tamen studiorum sit amplioris structuræ, in quo mensæ, et scamna sint ex rudi ligno, mappæ, mappulæ, atque manutergia ex tela lineæ, cum lavatorio ad servandam etiam in paupertate munditiam; disci, et scutellæ sint fictiles coloris albi, et cyathi ex vitro simplici.

De lecto, et refectorio.

CAPUT IX.

De paupertate

§. 17. Fratres Pœnitentiæ ab omni temporalium rerum sollicitudine sint liberi, paupertatis evangelicæ asseclæ, in divina confisi providentia vivere, quæ ipsis non sinet ad sustentationem necessaria deesse. Hinc erit ipsis illicitum sub gravi culpa tenere possessiones bonorum temporalium, proventus, negotiationes. Non habebunt horrea ad accumulandum frumentum, neque licebit tenere oves, boves, et quodcumque pecudum genus præter unum alterumve asinum, vel mulum pro mendicatione, si necessitas exigat. Superior determinabit duos fratres laicos, qui ea, quæ pro quotidiana fratrum sustentatione erunt necessaria mendicabunt. Non recipient pecuniam, quam sub gravi culpa prohibentur apud se tenere, vel gestare fratres Pœnitentiæ; sed si quis eam offerret, vel ad conventum mitteret recipiat eam quispiam notus sæcularis, et consignabit syndico.

De paupertate colenda.

§. 18. Non faciant provisionem victualium in futurum, quærant autem de die in diem, quæ pro altero die communitati sufficiant. Verum cum hoc sit nimis difficile, ut victui necessaria omni loco, et tempore sine benefactorum gravamine, atque molestia reperiantur: hinc ad removeudum omne

De provisione superflua non facienda.

inconveniēns, atque ad providendum fratrum necessitatibus, ne proprietarii, et partiales efficiantur sibi occulite a sæcularibus quidpiam ob defectum necessarij cibi, vel potus requirendo, poterunt in locis, quibus hæc vel illa species quotidiana mendicatione reperiri uenit, facere rei illius tempore collectionis mendicando majorem provisionem, quanta sufficere possit communitati pro toto tempore, quo illam aliter non posse obtinere noverit superior. Ubi vero quotidiana mendicatione victui necessaria reperiri possunt, fiat tempore collectionis minor provisio, videlicet vini, olei, leguminum ec. Superioris obligatio erit fratribus vestitu, et alijs necessarijs rebus subvenire; quapropter, si ea, quibus communitas indigebit, mendicatione haberi non poterunt, curet per syndicum emi pecunia eleemosynaria, sive missarum, quæ si deficeret, illam a benefactoribus mendicabunt, non majorem quantitatem, quam indigeant, exponendo necessitatem rei, quæ provideri debet. Potest autem contingere, quod benefactores ob defectum pecuniæ aliam eleemosynam impertiri vellent, nempe frumentum, et similia, quæ tali occasione acceptari, atque in pretium emendæ, sive procurandæ rei necessariæ pro conventu converti a syndico poterit.

Nunquam cum benefactoribus de danda eleemosyna pactum iueant, nec stabiliant certam quantitatem rei, sed dum necessitatem habuerint, quid quid libera voluntate benefactoris fuerit oblatum, illud recipiant.

Habeant syndicum, si fuerit possibile presbyterum sæcularem, pium, ac virtuosæ vitæ, qui missarum eleemosynas, aliamque oblatam teneat pecuniam expendendam pro ecclesiæ, et conventus necessitatibus.

§. 19. Nulli fratrum Pœnitentiæ liceat habere vel apud se, vel apud alios pecuniam pro propria dispositione sub competenti culpa, et pœna proprietarijs infligenda; neque sub gravi pœna liceat quidpiam procurare, vel acceptare a quoquam extero, sine scitu, et expressa superioris licentia, cujus conscientia onerata ad invigilandum, ne fratres proprietatis transgressores efficiantur. Si quidpiam alicui fratrum cum vel sine licentia superioris oblatum fuerit, illud superiori fideliter præsentetur, qui de illa disponet quemadmodum viderit fratrem illum necessitatem habere: quidquid remanserit communitati cedit. Si quid comestibile fuerit,

illud in refectorio communitati distribuatur. Præcipitur denique, ut nullus fratrum proprietatem alicujus rei habeat, sed tantum usum ex superioris licentia, cui obedire, atque in omnibus subjici debet, tamquam rationem reddituro pro animabus eorum.

§. 20. Fiat valetudinarium in omnibus conventibus pro infirmis, culcitris, syndonibus, et indusijs provisum, cui adjungatur apotheca pro præparandis, sive conservandis medicamentis idonea.

De valetudinaris, et cura infirmorum.

Charitas, et vigilantia erga infirmos recomendatur, unde corabit superior per syndicum emi omnia, quæ eisdem necessaria fuerint, ne cum molestia deberent expectare ea, quæ per mendicationem acquiruntur.

CAPUT X.

De syndico

§. 21. Syndicus per vota communitatis eligatur, sive presbyter, sive dominus sæcularis testimonium habens bonæ vitæ, atque honorabilis stirpis suæ, gaudeatque omnibus fratrum privilegijs, cui concedet superior gestare parvum cingulum Pœnitentiæ subtus propria veste, sive hoc sit ex lana, sive serico juxta ipsius beneplacitum, pro quo in die obitus singuli illius conventus patres celebrabunt missam, et officium dicent, ipsumque sepelient, si in vita sic voluerit, cum habitu.

De syndico.

§. 22. Omnium missarum eleemosynæ sint apud syndicum depositæ, sacerdotes autem tenebuntur semper applicare missam ad intentionem superioris, concediturque ipsis una missa libera in hebdomada, cujus eleemosyna sit apud syndicum deposita pro aliqua illius sacerdotis necessitate cum superioris licentia expendenda.

De eleemosynis missarum.

§. 23. Syndicus tempore electionis moneatur, ne quidpiam subministret fratribus sine licentia expressa superioris, quodque fideliter describat introitum eleemosynarum in suis genere, et specie, prout eidem consignabuntur a benefactoribus. Pecuniam non acceptet neque sponte oblatam ultra summam, quæ tempori, loco, necessitati, et circumstantiis sufficiens a superiore, et discretis prudenter judicabitur. Eleemosynas autem pro missis celebrandis syndico acceptare prohibeatur ultra cum numerum, cui intra tempus congruum in propria ecclesia commode satisfieri possit sub pœnis a constitutionibus apostolicis in hac materia præscriptis. Pa-

Declarationes circa officium syndaci.

De pecunia non retinenda.

ter guardianus non exigat rationes elemosynarum a syndico absque discretorum præsentia; id tamen fiat bis, vel saltem semel in anno.

CAPUT XI.

De cibo

De cibo.

§. 24. Cum fratres Pœnitentiæ ex solis debeant vivere elemosynis, rogantur, ne ciborum exquirant delectam, atque condimenta, quæ pernicioso gulæ oblectamento non vitæ sustentandæ sint accommodata; verum tamquam Christi pauperes pauperibus, et vilibus quæcumque appositæ fuerint, sint contenti escis.

Non erit ipsis umquam licitum in cella, vel prandere, vel cœnare, aut jejuniorum tempore colationem serotinam sumere, sed omnes horæ consueta, et ad campanulæ signum in refectorio conveniant, nisi urgeat ægritudinis ratio a superiore approbanda. Chocolatæ usus non prohibetur quidem, absit tamen, ut id solius voluptatis gratia fiat; meminerint enim se esse ex voto pauperes, et pœnitentiæ sectatores.

Singuli fratres tenebuntur ministrare fratribus ad mensam alternando hebdomadas; superiores vero majores, vel in eorum absentia guardiani ministrabunt. Fer. vi. ubi superiores majores reperiuntur, scilicet generalis, vel provincialis, vel custos, aut quispiam ex definitoribus, lavabunt discos communitatis alternando hebdomadas cum guardiano. Cibi semper ab inferioribus incipient apponi. Lector mensæ constituitur, quicumque superiori fuerit visus.

De jejuniis

De jejuniis.

§. 25. Cibus quadragesimalibus utantur fratres Pœnitentiæ non tantum diebus ab Ecclesia præscriptis, verum etiam feriis sextis totius anni, festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi excepto, quoties dicta die illud celebrare contigerit. In vigiliis quoque antecedentibus festa Conceptionis, Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, Dolorum, et Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis; nec non ss. Michaelis, Dominici, Francisci, et Claræ, ac in solemnitatibus sanctæ Crucis idem servabunt. Quadragesimæ jejunium a fer. ii. quinquagesimæ ad diem paschatis; adventus vero usque ad Nativitatem Domini exclusive continuabunt servata qualitate, et quan-

titate in jejuniis de præcepto ab Ecclesia præscripta, diebus Dominicis exceptis, in quibus quoad quantitatem, non vero qualitatem dispensatur. In pane vero, et aqua jejunabunt fer. vi. in paresceve, nisi iter vel alia gravis causa excuset.

De disciplina

§. 26. Se flagellabunt disciplina ex fusticulis facta (si quidem sanguinea prohibetur) singulis feriis sextis toto anno. Si occurrat eodem die festum de præcepto vel I. aut II. classis tunc dispensatur. Tempore disciplinæ recitabit superior alternatim cum communitate stationem majorem cum psalmo *Miserere*: et oratione *Respice quæsumus* ec. Deinde dicet antiph., et orationem ex secundis vespere festi Dolorum beatæ Mariæ virginis.

De officio divino

§. 27. Omnes fratres a die professionis suæ officium Romanum recitare tenentur juxta ritum, et ordinem in quolibet diocesi, in qua situs est conventus, præscriptum, qui in s. cathedralibus hodie laudabiliter observatur. Laici orabunt *Pater noster* ec., et *Gloria Patri* ec. ad matutinum trigintatriginta; ad vespere autem quindecim; ad laudes vero duodecim, et ad alias horas, et completorium novem. Quatenus vero divina officia majori cum affectu, et devotione celebrentur, habeant in quolibet conventu, si commode fieri poterit, organum, et organistam, qui sit supra numerum constitutum. Si quidem omnes in duplicibus I. et II. classis conventuales missæ debent decantari; cæteris vero diebus missa conventualis nunquam omittatur, sufficit tamen, ut sit lecta. Mane hora quinta recitabitur prima, qua petacta obligantur omnes media hora facere orationem mentalem. Hora decima recitabunt tertiam, sextam, et nonam, exceptis diebus sacrarum functionum, quibus anticipabuntur. In duplicibus I. classis tertia cantabitur immediate ante missam conventualem, semperque anticipabitur dum conventualis missa cantanda est, qua finita cæteræ horæ recitabuntur. Finitis horis facient uno quadrante examen conscientie. Vesperæ dicendæ sunt hora secunda post meridiem, in omnibus vero duplicibus cantabuntur, quibus immediate completorium adjungetur, semper recitandum. Matutinum dicetur

hora undecima noctis, quod cantabitur cum laudibus in festo Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Tenebrarum, (hora congrua post completorium) Resurrectionis, (hora tertia post mediam noctem) corporis Christi, sancti Joannis Baptistæ, Assumptionis, et Conceptionis beatæ Mariæ virginis.

Commendatur ergo, ut divina officia cum debita attentione, devotione, pausa, modesta corporis compositione, cantu gravi, voce concordi persolvantur.

De orationibus
faciendis in re-
fectorio

§. 28. Hora undecima dato signo campanulæ vocabuntur ad prandium, et extra refectorium congregati dicent Psalm. *De profundis ec.* cum oratione *Fidelium Deus ec.* deinde ingrediuntur refectorium, ubi facta benedictione superior dabit campanulæ signum lectori, tam pro incipiendo, quam finiendo.

In refectorio observabitur perpetuum silentium continuando lectionem a principio usque ad finem. Hæc regula omni trimestri debet legi in refectorio. Legi quoque debent præter s. Scripturam, vitam sanctorum ec. in refectorio, seu in capitulo semel, aut bis in anno constitutiones apostolicæ de celebratione missarum, aliæque regularibus præscriptæ. Hora quinta post meridiem congregabuntur omnes ad signum campanæ in choro, et facient orationem mentalem media hora. Guardianus invigilet, ut omnes orationi mentali intersint, nisi urgens aliqua necessitas quempiam excuset, qui tamen alia hora sibi opportune, tam matutinam, quam vespertinam meditationem facere tenebitur diebus sabbathi, dominicis, et festivis, nec non vigiliis beatæ Mariæ Virginis, et ejusdem festis omnes fratres in communitate recitabunt rosarium septem decadum beatæ Mariæ virginis ante, vel post meditationem horæ quintæ juxta temporis opportunitatem adjungendo litanias cum oratione ex festo Dolorum beatæ Mariæ virginis. Diebus vero sabbati dicetur *Salve Regina ec.* vel alia antiphona de tempore; litanias, et antiphona supradictis diebus sint cantatæ: cæteris vero diebus omnes fratres obligantur ad recitandum supradictum rosarium in privato juxta cujusvis opportunitatem. Hora septima vesperi convocabuntur pro cæna, in qua omnia, ut supra de prandio observanda. Hora octava pulsabitur campana pro statione majori, quam in communitate recitabunt extensis in crucem brachiis cum antiph. *O sacrum convivium ec.* et orat. de ss. Sacramento; eaque finita prostrati dicent *Confiteor ec.* quos

superior absolvet: (hoc tempore siquid in communi, vel particulari est reprehendendum superior in charitate, et patientia exhortabitur,) tandem superior quoque dicet *Confiteor ec.* quem vicarius absolvet, quo tempore sonabitur campana, ad finem vero quinque sonoris ictibus a pulsu cessandum. Post autem accidere, ut prædictum horarium orationis, et exercitiorum communitatis propter studia, aut alias publicæ utilitatis occupationes transferri in aliud opportunius tempus conveniret. Idcirco disponitur, ut in capitulo generali (si sic melius in Domino visum fuerit pro communi religiosorum utilitate;) horæ exercitiorum communitatis stabiliantur juxta circumstantias temporum, locorum, et occupationum, dummodo præscripta exercitia non omitantur.

CAPUT XII.

De studio.

§. 29. Cum optimarum literarum scientiæ capacem reddant hominem ad percipiendam quodammodo divina mysteria, nec non ad communicandum etiam aliorum ingenii, quod inde perceptum est; ea propter præcipitur, ut fratres penitentia omni cum rigore ad frequentanda studia applicentur, exceptis fratribus laicis.

§. 30. Strictissime inhibetur, ne fratres ob varietates doctrinarum partiales efficiantur, aut eos, qui minus sciverint superbe despiciant; sed eligant semper solidiora, ac magis securâ, sequentes, rejectis cavillationibus, eam, quæ secundum pietatem est, sanam doctrinam, devitantes prophanas novitates, et oppositiones falsi nominis scientiæ.

De varietate
doctrinæ sper-
nenda.

§. 31. Prohibentur fratres Penitentia in publicis universitatibus graduari, qui tamen scientia; morum prohibere, ac pietate alios per examen antecellere videbantur, pro lectoribus, seu professoribus ad alios religiosos instruendos a superioribus ordinis deputentur. Lectoribus nunquam liceat cathedras in publicis universitatibus, nec sponte oblatas acceptare, et multo minus procurare.

De recusatione
cathedrarum.

§. 32. Lectores post provinciales, et ex provinciales dignitate cæteros antecellant, atque in capitalibus, tam localibus, quam provincialibus, ac generalibus obtineant vocem.

De voce lecto-
ribus danda.

In lectores eligendi primo expletis studiis rigido probentur examina

a professoribus gravioribus provinciæ ad hoc specialiter in capitulo provinciali deputatis. Qui habiles ab examinativis reperti fuerint seorsim, et secreta informatione a se subscripta provinciali, ejusque definitorio deferantur, et ab eo patri generali, qui eisdem, si nihil obstat, patentes literas, quibus ad lecturam exercendam declarentur idonei, expediet, quam tamen actu exercere non poterunt, nisi a provinciali specialiter deputentur pro hac, vel illa scientia edocenda in studiorum conventu, seu provinciæ. Monentur autem fratres per viscera Jesu Christi, ut sint fraternæ charitatis vinculo uniti, unanimis, impartiales, et simplices pœnitentiæ filii, ac in eligendis lectoribus non dominetur exitialis nationum, amicitia, consanguinitatis ec. affectus; scientes grave esse peccatum doctrina insufficientes in lectores deputare. Eligantur tantum illi, qui virtute, charitate, pietate, et scientia, sanaque doctrina aliis præminent. Scientia siquidem sola inflat, charitas autem ædificat; admonentur quoque electi in lectores ne a mundi vanitatibus egressi, dignitates, honores, et plausum ambientes in laqueum incidant diaboli, ruantque in interitum æternum, quare rogamini fratres, qui lectores eligitis, ut recordemini grave esse peccatum insufficientes in lectores deputare, et vos jam electi, ne quis vestrum gloriatur nisi in solo Deo, per cujus misericordiam factus est particeps sortis sanctorum in lumine ad tenenda firmiter vestigia Jesu Christi, ejusdemque matris virtutes sectandas, ac perinde dici meruerit filius sanctæ pœnitentiæ.

De incapaci-
bus dignita-
tum.

§. 33. Qui tribus testimoniis fuerit comprobatus modo aliquo illicito dignitatem quamquam consequutum fuisse, ipso facto deponatur, atque tam ille, quam cooperatores sceleris sint perpetuo incapaces obtinendi quamcunque dignitatem.

De collegio
studiorum.

§. 34. Constituitur in singulis provinciis unum collegium studiorum cum suo direttore, magistris, et lectoribus; in quo juventam erudiant in omnibus necessariis scientiis.

De concionato-
ribus.

§. 35. Concionatores rigido probentur examine utrum idonei sint; et tunc munus suum exacte, et irreprehensibiliter obeant, præcipue in quadragesima, adventu, et singulis per annum festis de præcepto.

De domibus
missionum.

§. 36. Constituantur etiam in singulis provinciis domus missionum, ex qua apprimè doctrina, et sanctitate pro-

dibunt instructi ad munus hoc apostolicum peragendum post debitas licentias obtentas.

CAPUT XIII.

De abstractione a sæcularibus

§. 37. Fores conventuum a salutatione angelica vespertina usque ad horam septimam sequentis diei debent claudi; ecclesiarum vero januæ hora quinta matutini aperiri, et vesperi ad salutationem angelicam obserari. Arceatur concursus sæcularium ab ingressu intra clausuram nostrorum conventuum juxta modum nunc explicandum. Clausuram conventuum nostrorum triplicem esse declaramus: una ab ipso jure canonico sub excommunicationis pœna pro mulieribus imposita, hæcque ab interiori conventus janua determinatur, ultra quam sub dicta gravissima pœna mulieres progredi nullimode possunt. Alia vero, sicut et tertia nobis ipsis pro faciliiori servando ordine, ac observantia ultronee imposita; secunda respicit viros sæculares laicos, quos admittere intra interiorem januam licet quidem, et ex rationabili causa etiam ad cellas, et hortum, tantum prohibito aditu ad refectorium, culinam, aliasque officinas: insuper pro commodiori sæcularium ingressu erunt intra interiorem conventus januam aliquot cubicula ipsis ad colloquendum cum religiosis destinata; ubi etiam exerceri possit cum ipsis, et præcipue cum benefactoribus conventus, vel ordinis, aliqua hospitalitas, dormire tamen ibidem nemini concedatur. Ad tertiam tandem clausuram liber erit aditus medicis, chirurgis, famulis, portionistis, atque artificibus, bajulis, ac hortulanis conventui addictis, nec non syndico, conventusque patrono cum uno servo, atque omnibus ecclesiasticis, et religiosis cujuscumque instituti, iisque licitum erit nedum intrare, sed etiam comedere in refectorio, versarique cum religiosis in eorum cellis, salvo tamen semper silentio, et absque regularis observantiæ impedimento. Prohibetur strictissime fratribus nostris sub pœna a superioribus infligenda, nequis eorum absque speciali licentia domum aliquam sæculares ingredi audeat. Superior tamen cum socio, vel ex ipsius commissione, aut licentia alter ob justam causam poterit ingredi; velut etiam quæstutores, quibus liceat intrare domum usque ad interiorem portam domus pro postulanda elemosyna. Prohibetur nihi-

De abstractio-
ne a sæculari-
bus.

mious ibidem comessionibus interesse, vel quidpiam cibi, et potus sumere, nisi conventus esset longe dissitus, et eo reverti ob aliquam causam impediretur.

De consolatione fidelibus danda.

§. 38. Pro consolatione tamen fidelium ad qualemcumque domum vocati fuerint licite intrabunt pro excipienda confessione ægroti, veluti etiam pro assistentia moribundorum, ubi non ultra detineri debebunt, quam necessitas exigat eorum præsentiam; quare quam primum ægrotus mortuus fuerit, ex domo illa discedendum est, in qua nunquam liceat quidquam sumere; sed fame, vel siti urgente, et conventus longe distet, adibunt vicinam domum, ad januam postulari quidpiam ob amorem Dei, quo reficiantur. Si infirmus se remissius habuerit, redibunt ad conventum, in quorum loco alii duo ægrotum adibunt.

De non lenendo testimonio in testamentis.

§. 39. Fratres Pœnitentiæ numquam testamentis assistant, aut testamentarii efficiantur, neque in alios præter conscientie casus se intromittant. Similiter si quis in testamento pro conventu relinquere aliquam quantitatem elemosynæ, nullatenus recipiatur, nullumque sit ex parte nostra testamentum; verum siquid non ex testamento, sed tamquam mera elemosyna exhiberetur, poterit acceptari a syndico. Si quis sæcularium in habitu pœnitentiæ vellet sepeliri, concedetur ei nullo designato pretio, sed sponte oblatum syndicus recipiet.

CAPUT XIV.

De itinerando

De itinerando.

§. 40. In itinerando curabunt fratres nisi aliter valetudo, aut necessitas a superiore approbanda exegerit, pedes ire, non vehi curru, neque equitare; hospitium requirent apud religiosos si reperiantur, vel parochum, aut benefactorem, a quibus non recepti, ubicumque hospitio admittentur, ingredi liceat. Conentur esse abstricti a comessionibus, et conversationibus sæcularium, quantum fuerit possibile exhibentes se modestos, atque exemplares in itinerando, vel tractando cum sæcularibus.

De mora faciendi in missionibus.

§. 41. In missionibus faciendis, quæ nunquam in eodem loco ultra quindecim dies sunt protrahendæ, præcipitur, ne cohabitent cum sæcularibus, sed in conventu religiosorum, quod si non extet, postulabunt sibi concedi aliquem locum abstractum ab omni sæcularium: consortio victum sibi ostiatim

Bull. Rom. Tom. VII.

mendicabunt, nisi sponte offeratur a benefactoribus. Summopere vobis fratres recomendo post sanctam paupertatem salutarem a sæcularibus abstractionem; unde non spernendæ culpæ erit reus, qui hoc punctum regulæ relaxaverit absque ulla justa causa secularibus se immiscendo, eorumque familiaritati adhærendo.

CAPUT XV.

De capitulis generalibus, et provincialibus

§. 42. In omni provincia constituetur domus, in qua capitula provincialia celebrentur omni triennio, inchoando die 4 septembris, videlicet in festo sanctæ Rosæ Viterbiensis, ad quæ congregabuntur facta a provinciali indictione omnes vocales illius provincie, nempe, provincialis, custos, definitores, guardiani omnium conventuum, omnes lectores emeriti, sive qui cursum lecture terminaverint, aut actualiter eidem non incumbunt, ex-provinciales, et secretarius capituli, qui omnes vocem in capitulo habebunt.

De capitulis provincialibus

§. 43. Capitula generalia celebrentur omni sexennio secunda dominica mensis maii in civitate, et conventu a generale, et ejus definitorio cum permissu Sedis apostolicæ determinando; cui, si fuerit possibile, præsidere postulabunt a sua Sanctitate eminentissimum cardinalem protectorem ordinis, quem ab apostolica Sede, nunc et pro tempore humiliter postulare, et obtinere corabit generale definitorium, vel alium ex eminentissimis cardinalibus; in cuius defectu, vel absentia præsidebit ipsemet generalis actualis. Ad capitulum generale conveniunt omnes hic recensendi, videlicet, generalis, quatuor custodes, et totidem definitores generales, procurator generalis, commissarius generalis, socius, et secretarius generalis, omnes provinciales cum custode provincie, ex provinciales, lectores emeriti, duo chronologistæ ordinis, qui omnes in capitulo generali habebunt vocem.

De capitulis generalibus.

§. 44. Generalis numquam, expleto sexennio sui officii, est confirmandus ante interpolatos tres ad minus annos, nisi Sedes apostolica aliud determinaret. Similiter provinciales expleto triennio nequeant, nisi post alios tres annos, ad illam dignitatem eligi. Inter cæteras generalis, et provincialium qualitates ea quidem prima est, ut vitæ sanctitate, atque vir-

De officio generalis.

tutum decore alios suo exemplo ad sectandas sedulo virtutes alliciant; charitate namque, humilitate, patientia, mansuetudine, modestia, atque affabilitate dotati ministros se non dominos reputent. In generalem eligendus erit, qui per aliquot annos provincialis, vel ad minus lectoris munere laudabiliter, et irreprehensibiliter gesserit. Provincialis vero, lectoris, sive definitoris, aut custodis munere laudabiliter gesto, vel ad minus per plures annos guardiani perfunctus ministerio eligatur. Tam generalis, quam provincialis nequeant eligi ante completum quadragesimum ætatis annum; cæteri vero ad inferiora ministeria eligendi sint ad minus triginta trium annorum completorum. Omnium denique ad cætera quoque munia, et ministeria eligendorum eæ sint qualitates, ut vitæ integritate, scientia, atque virtutem splendore decorati muneris sui partes sane, et irreprehensibiliter exequi valeant.

De præside capitulorum.

§. 45. Præses capitulorum provincialium erit generalis ubi ipse adesse potuerit, in cæteris vero deputet unum per patentes literas capitulo exhibendas, qui vices suas peragat.

De forma servanda in electione superioris.

§. 46. Pridie igitur ante assignatum pro capitulo diem hora competenti dato signo campanæ omnes ad ecclesiam convenient, ubi fervidè divinum implorabunt lumen ad eligendum eum, qui divina dispositione sit præordinatus superior; postea accedant omnes vocales ad deputatum capituli locum, ubi capituli præses singulos vocales nominatenus per capituli secretarium accersitos in medium procedere jubeat, qui suæ vocationis literas publice legendas proferant, quæ si authenticæ sicut admittantur, si secus, repellantur. Dispositis igitur omnibus juxta ordinem suæ dignitatis publicetur decretum ex mandato præsidis de non recedendo a sessionibus antequam finiantur, et gratiarum actiones peragantur absque expressa præsidis licentia. Post hæc autem præses omnes vocales absolvat ab omnibus censuris, et dispeaset super irregularitatibus ad hujus tantum electionis effectum, sermonemque faciat, quo eos exhortetur ad pacem, et concordiam habendam, et absque passione eligendum eum in superiorem, qui secundum Deum ipsis visus fuerit dignior et religioni utilior.

De electione generalis, et provincialis.

§. 47. Die assignata pro electione generalis vel provincialis mane hora competenti convenient omnes vocales,

totaque communitas illius conventus ad ecclesiam, ubi cantabitur missa de Spiritu Sancto a præside, in qua omnes, qui non celebrant s. communionem de manu præsidis recipient; qua finita processionaliter per ordinem dignitatis accedent ad locum capituli cantando *Veni Creator Spiritus*, ibique posita supra mensulam imagine Jesu Nazareni, duobus candelabris, ac totidem urceis, clausis per secretarium capitali foribus, præses ad congregatos sermonem faciet, prout magis expedire judicaverit. Postmodum distributo singulis frustulo chartæ per ordinem accedent ad mensulam atramento, et pennis præparatam, in qua unus post alterum scribebunt nomen, cognomen, et patriam eligendi in superiorem, quas chartas complicatas in præsentia præsidis, custodum, et trium scrutatorum subsequenter urnæ ad hoc dispositæ imponent, easque, finita votatione, scrutatores bene permixtas singillatim extractas clara voce legent, quorum nomina secretarius scripto notabit; legentur quoque a definitoribus ad hoc destinatis tam chartulæ votantium, quam adnotatio secretarii. Postmodum facta discussione votorum, qui ex duabus partibus majorem partem favorabilium habuerit, ille sit electus, quem secretarius clara voce publicabit generalem, vel provincialem.

§. 48. His peractis statim comburentur chartæ, seu schedulæ, et postea pulsantur campanæ, et intonetur *Te Deum laudamus* novoque superiori regulæ, atque sigilla ordinis consignentur a suo antecessore; et tunc præcedente cruce cum duobus acolytis ad ecclesiam omnes processionaliter pergant, ubi noviter electus superior genuflexus coram altari, positus super librum regulæ ambabus manibus, faciet professionem fidei, atque juramentum de fidelitate, et obedientia Sedi apostolicæ semper præstanda, nec non de tuendo, et promovendo progressu ordinis. Quibus finitis præses orationem pro gratiarum actione dicet; deinde sedenti novo superiori ad coram epistolæ omnes fratres per ordinem accedentes obedientiam præstabunt per osculum manus, quos ad regularis vitæ cultum, populorum ædificationem, atque exactam regulæ, et constitutionum observantiam efficacibus verbis, et charitatis ardore cohortabitur, æternam benedictionem iis impertiendo, qui sancte, et laudabiliter vixerint, fideliterque in sua vocatione perseveraverint. Hic mo-

De possessione capituli a novo superiore.

mus, et forma capitulorum observetur tam in generalibus, quam in provincialibus capitulis.

CAPUT XVI.

De continuatione capituli.

De continuatione capituli.

§. 49. In capitulis generalibus perfecta electione generalis, sequentibus diebus fiet electio procuratoris generalis, et sequenter aliorum ad generalia ministeria eligendorum, nempe quatuor custodum, ac totidem defensorum generalium, atque chroaologistarum ordinis. Duo assistentes generalis, idest socius, et secretarius a generali, et defensoribus eligantur.

De precipuis actibus capituli provincialis.

§. 50. In capitulis provincialibus eodem die simul suffragia dabunt pro electione provincialis, et custodis provinciae; sequenti vero die eligent quatuor defensores, ac demum per ordinem guardianos. Pro eligendis guardianis facta diligenti perquisitione inter capitulares de insignioribus fratribus, qui necessariis sint conditionibus praediti, praeses proponet duos pro quovis conventu, pro quibus suffragabuntur, et qui eorum majorem partem votorum habuerit, quae semper sit ultra medietatem suffragantium, ille sit electus. Omnes, et singuli superiores, ad quos regimen ordinis spectat, in capitulo antequam muneri suo cedant, et alii eligantur, petita humillime venia de suis negligentis strictae rationi coram capituli praeside et defensoribus succumbant, exacte, et fideliter informando capitulum de iis, quae ipsorum curae, et directioni commissa sunt. Siquem negligentem fuisse in promovenda regulari disciplina, atque habenda sollicita cura de suis subditis, vel contra regulam, et constitutiones graviter deliquisse per testimonia comprobaverint, salutari poenitentia corrigatur.

De duratione capituli.

§. 51. Capitula numquam ultra octo, vel decem dies prolongentur, eorum acta diligenter a secretario capituli notentur. Controversiae, vel causae, quae capituli provincialis spectant jurisdictionem, in eo decidentur, alias generali, sive ejus defensorio deferantur decidentae. In capitulis tam generalibus, quam provincialibus corrigantur omnes abusus, qui contra regularem observantiam per incuriam superiorum irrepsissent, sive communes totius ordinis, sive particulares alicujus provinciae, vel conventus, aut personarum; constituenturque decreta, quae cultum et decorem

regularis disciplinae promoveant. Omnes et singuli tam generalis, quam provinciales, custodes, defensores, procurator generalis, guardiani, et caeteri ad quodcumque regimen, et dignitatem electi in religione; lectores quoque totius ordinis facient professionem fidei, et juramentum de obedientia, et fidelitate summo pontifici, et suis legitimis superioribus praestanda.

CAPUT XVII.

De sigillis, atque auctoritate superiorum.

§. 52. Sigillum majus generale erit effigies sigillo insculpta Jesu Nazareni est nostrum refugium. Annus quoque quo hic ordo cepit, in eo exprimitur. Sigillum vero minus erit s. Rosa Viterbiensis. Haec sigilla semper penes generalem detinebuntur: sigillum cujuscumque provinciae erit mysterium, a quo intulatur provincia cum inscriptione ejusdem provinciae. Sigillum guardianorum, sive commune erit crux quadrata, in cujus angulis opponantur hae literae: J. N. N. R. quae significant Jesus Nazareus nostrum refugium.

De sigillis.

§. 53. Generalis habeat regimen, et inspectionem totius ordinis, cui obediant, et subiciantur omnes religiosi. Provinciales praerunt suis provinciis, et guardiani suis conventibus. Quod concernit auctoritatem generalis, provincialium, custodum, atque defensorum, quantum se cujusvis extendat jurisdictio, quasve causas judicare, et resolvere valeant, in primo capitulo generali determinabitur per constitutiones, et decreta juxta normam aliorum regularium ordinum facienda, et ante eorundem publicationem a Sede apostolica examinanda, et approbanda: idemque servabitur postquam a praefato generali capitulo declarata fuerint delicta cognitioni superiorum hujus instituti reservanda. Socius, atque secretarius generalis, quemadmodum habent vocem in capitulis, tam generalibus, quam provincialibus, in quibus reperiuntur, ita etiam in causis majoris momenti definiendis generalis utetur eorum consilio.

De auctoritate superiorum.

§. 54. Procurator generalis per sexennium sui officii residebit Romae acturus causam ordinis totius coram summo pontifice, et sacris congregationibus cardinalium, unde expediet omnia decreta, et sanctiones ad nostrum ordinem, sive morum directionem spe-

De duratione officiorum.

ctantes, ad generalem, omnesque provincias; et si durante munere procuratorem mori contingeret, vel remissus in suo munere, aut ad illud exercendum inhabilis probaretur, generalis consilio defensorum, atque duorum assistentium alium dicto muneri præficiat.

De subrogando generali qui moriatur perdurante ministerio.

§. 55. Si generalem tempore sui ministerii mori contingeret vicarius generalis eligatur a custodibus, et defensoribus generalibus, qui toto ordini regendo præsit pro tempore, quod superest ad complementum sexennii. Mortuo vero provinciali, generalis consilio defensorum, et assistentium substituat huic muneri idoneum, nomine vicarii provincialis, qui pro reliquo tempore incepti triennii provinciam gubernet. Ad ministeria inferiora provinciæ, in casu obitus alicujus, a provinciali, et ejus defensoribus eligatur, quem cognoverint magis idoneum. Defuncto aliquo conventus guardiano vicarius domus regimæ assumet, quousque alter guardianus in capitulo eligatur. Guardianus absque gravissimo motivo nequeat in officio confirmari ad aliud triennium, nisi integro anno ab hoc munere vacaverit. Constituantur a provinciale in singulis conventibus quatuor discreti, quorum consilio utetur guardianus in commissæ sibi familiæ regimæ.

C A P U T XVIII.

De visitatione

De visitatione.

§. 56. Generalis per se, vel per alios teneatur intra sexennium omnes provincias visitare, congregando omnes superiores illius provinciæ, et eos, qui in capitulis vocem habent, quibus plenariam informationem capiat de statu illius provinciæ de superiorum regimine, de regulari observantia, de domibus studiorum, et novitiorum. Causas ad se delatas audiet, easque absque personarum acceptione, a se, et suis assistentibus examinatas decidet, nisi essent tales; de quibus consilium generalis defensorii requiretur; scilicet provincialium depositio; incorrigibilium expulsio; longa, vel perpetua carceratio etc. de quibus processus juridici formentur a generali defensorio matura discussione examinandi, atque decidendi. Cætera errata, defectus, atque negligentias superiorum, nec non subditorum discreto zelo, et paterna charitate corrigat, et emendet, decreta salutaria promulgando ad communem uti-

litatem, spiritualemque religiosorum profectum augendum necessaria.

§. 57. Visitatores generales eligantur illi, qui jam provincialis munus gesserunt, visitatori provincias sibi assignatas cum uno secretario, et socio. De omnibus, quæ statum provinciarum attinent, diligenter generalem informet, causasque ad se delatas eidem deferant.

De visitatoribus.

§. 58. Provincialis intra triennium sui officii teneatur suam provinciam visitare cum secretario, et uno socio. Diligenter statum omnium conventuum, et religiosorum inquirat, (de quibus ab eo ratio reddenda est in capitulo, tam generali, quam provinciali) errata corrigat, collapsa instauret, atque ad exactam regularis vitæ observantiam fratres exhortetur, statuendo, et decernendo ea, quæ bono regimini, regularique disciplinæ conservandæ, et propagandæ viderit expedire. Peracta visitatione provincialis, post tres menses custos visitabit provinciam examinando, et investigando utrum omnia a provinciali ordinata, statuta, et decreta sint in exacta observatione. Nullas causas assumat judicandas proprio arbitrio, sed eas provinciali deferat; de omnibusque in visitatione recognitis, et examinatis provinciam informet.

De statu conventuum peragendo.

§. 59. Generalis, provinciales, et cæteri visitatores in visitatione semper pedestres iter faciant, nisi aliter valetudo, aut necessitas exegerit juxta disposita in superiori cap. XIV. Non sint partiales in victu, et vestitu, neque pluribus commoditatibus utantur, quam cæteri fratres.

De commoditatibus non adhibendis in visitatione.

§. 60. Adveniens generalis, aut provincialis ad aliquem conventum pro visitatione ingrediatur per ecclesiam, ubi convocata communitate cantabitur *Te Deum laudamus ec.* et visitator dicta oratione *Respice quæsumus Domine ec.* omnibus genuflexis benedictionem impertietur, indeque ibit ad visitandos fratres infirmos.

De orationibus recitandis in visitatione.

§. 61. In primo capitulo generali salva recitatione, seu cantatione officii divini, et oratione mentali, quæ cæteris precibus præferri debent, disponantur officia recitanda defunctorum, beatæ Mariæ virginis, psalmi Graduales, et Pœnitentiales cum litanis, et precibus juxta rubricas, tam in choro, quam extra, prout expedire videbitur, advertendo tamen, ne nimis orationibus vocalibus graventur religiosi. In qualibet provincia deputetur unus idoneus, qui directoria componat ad ri-

Idem ut supra

tum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ; ac dicecesum, in quibus situati erant cujuscumque provinciæ conventus. Insuper præter hæc in capitulo generali pro meliori regimine, et exactiori observantia promovenda fiant declarationes ampliores super quædam regulæ, et constitutionum puncta, quæ vel subcite, vel non ad omnium intelligentiam expressè disceptationes, et sinistram intelligentiam inter aliquos inducere possent.

CAPUT XIX.

De silentio

De silentio.

§. 62. Prohibetur ne duo fratres simul in eadem cella habitent, aut dormiant, neque famulis conventus liceat in cella alienius, religiosi dormire, sed quisque suam cellam habeat. Prohibetur quoque ab hora octava vespertina, usque ad horam septimam matutinam, ne alter alterius ingrediatur cellam, excepta necessitate, et causa urgente, quo tempore rigorosum observetur silentium.

De remissione silentii ad recreationem.

§. 63. Præcipitur quoque, ut fratres Pœnitentiæ in conventu semper observent silentium non loquendo ad invicem, nisi necessitas urgeat, et tunc voce submissa ne silentium interrumpatur. Licitum tamen erit in cubiculo ad recreationem designato loqui finito prandio usque ad duodecimam, et post cœnam usque ad horam octavam. Superior sollicite invigilet, ut silentium observetur, ex cujus transgressione magna laxitas, et multa originantur mala.

De foeminis non tractandis

§. 64. Numquam liceat alicui sine superioris licentia, et socio determinato cum foeminis tractare, exceptis matre, et sororibus germanis; hinc si quispiam fuerit vocatus ad loquendum cum aliqua, obtineatur primo licentia, cui superior designabit socium, in cujus præsentia, extra interiorem conventus januam in loco patenti loquetur, quod necesse fuerit, paucisque foeminam expediet.

CAPUT XX.

De ludis

De ludis vetitiis.

§. 65. Prohibentur fratres Pœnitentiæ ludere chartis, legere, vel exercere comædias, iisdem interesse; conspiciere saltum utriusque sexus, vel inter se saltare, canere prophana; sæcularibus spectaculis, sive taurorum agitationibus interesse. Possunt tamen hortum habere capacem, in quo feria quinta post vespas liceat eisdem honesto aliquo lusu, vel oblectamento recreari. Quod si ob

temporum incommoda ad hortum non possunt exire, determinetur locus in conventu pro recreatione.

CAPUT XXI.

De poena delinquentium

§. 66. In primo capitulo generali determinentur pœnæ omnibus delictis, et regulæ transgressionibus correspondentes, ita tamen, ut charitas prævaleat rigori. Constituantur in qualibet provincia duæ domus, in quibus carceres habeantur ad corrigendos delinquentes, qui primo corrigantur, et si fuerint incorrigibiles pœna carceris plectantur juxta gravitatem delicti, nunquam tamen talis pœna ultra sex menses duret; carceres vero non erunt subterranei, nec humentes, nec nimis angusti, nec in aliquo diversi ab aliis cellis præterquam appositione clathrorum ad fenestras, et pessuli exterioris ad januas.

De poena delinquentium.

§. 67. Pro levioribus culpis, ac diversitate earum privabuntur delinquentes capucio, vel cingulo, in cujus locum fune præcingentur, vel induant super habitum tunicam violaceam prætendentium, atque fune in locum cinguli præcingentur, vel etiam, dum finita mensa gratiarum actio recitatur, se prosternent in crucem. Præmissæ tamen pœnalitates quoad habitum exequi poterunt ad tempus, et horas, quibus delinquens non prodibit in publicum. Interdum etiam si videbitur expediens pro alicujus correctione, privabitur delinquens aliqua portione cibi, vel vino numquam toto prandio, vel cœna; aliis quoque pœnitentiis levioribus emendentur a superioribus defectus fratrum, præterquam ne ad verbera quispiam condemnatur. Idcirco rogantur superiores, ut in corrigendis fratribus severitatem cum pietate, et mansuetudine unitam habeant, condonando leves defectus usque ad tertiam vicem, dum prostrati veniam postulant.

De poenis levioribus.

CAPUT XXII.

De Apostatis.

§. 68. Denuo præcipitur superiori pietas, et mansuetudo, erga suos subditos, secus si quempiam mala voluntate prosequens a constitutionibus deflectendo insolenter castigaret; statim instituto formali judicio a superioribus provincialibus, eorumque definitoriis, et per appellationem a generali ab of-

De apostatis.

ficio deponendus est. Væ illi superiori ob cuius causam frater apostataret.

De orationibus faciendis pro apostatis.

§. 69. Si quis instigante diabolo apostataret, quod absit, fervidas pro ipsius reductione preces ad Deum fundent dicendo post laudes commemorationem Jesu Nazzaeni, atque dolorum beatæ Virginis Mariæ. Si audiverint eum cum sancto habitu, vel sine incedere, et malum exemplum dare populo; tunc si facile eum reperire poterint, evitato omni scandalo reducatur. Si autem reductus ad ovile in sua perversitate permanserit, procedatur cum eo juxta constitutiones canonicas, et servatis servandis tamquam incorrigibilem de ordine expellant.

CAPUT XXIII.

De receptione apostatarum

De receptione apostatarum.

§. 70. Si quis apostata divina movente gratia revertatur, eundem superior paternis excipiat amplexibus, tamquam filium, qui perierat, et inventus est. Interim convocata communitate apostata humi prostrato rationem superior de eo dabit, quoniam misericors Deus fecit lucem splendescere in corde illius, dum revocare dignatus est oculos errantem. Quare cantabit communitas in septimo tono psalm. 72. *Quam bonus Israël Deus sub quo genuflectens apostata habitu vestietur a superiore, crucemque humeris ejus impouet. Finito psalmo dicent.* *Hæc dies quam fecit Dominus et orationem resurrectionis Domini; quibus finitis sublata cruce omnium pedes osculabitur, factaque a superiore brevi exhortatione cantabitur Te Deum laudamus postea amplexabitur omnes religiosos, et proxima comestionis hora ad latus sedebit superioris.*

CAPUT XXIV.

De apostatis ad bonam frugem reversis

De dispensationibus indulgentis reversis ad bonam frugem.

§. 71. Apostata reversus ad frugem bonam peragat confessionem, et curet se absolvi a censuris incuris, ac dispensari ab irregularitate ab habente ad id auctoritatem; qua absolute, et dispensatione obtenta in veræ pœnitentiæ signum per sex menses sacris non operetur, nec confessiones audiat. Si vero bonos pœnitentiæ fructus ad cæterorum ædificationem dederit, tunc vel in toto, vel in parte ab hac pœnitentia dispensari potest superioris arbitrio, et prudentia.

§. 72. Severissime prohibetur ne quis fratrum ei apostasiam obiciat; et qui hoc facere præsumpserit, a duobus, vel tribus convictus testibus, facta in publico refectorio deprecatione per mensem suspendatur a divinis si fuerit sacerdos; si vero laicus, vel clericus alia pœna superioris arbitrio; et prudentia puniatur. Qui alteri convitia verit, et defectus objecerit graves, cingulo privatus, deprecato offenso castigetur pro gravitate delicti.

De apostasia non obicienda.

CAPUT XXV.

§. 73. Prohibentur fratres Pœnitentiæ se exponere curæ animarum nomine parochorum. Numquam aliquis e conventu, præter quæstuatores, solus exeat, neque tantum ab invicem elougetur, ut alter alterius effugiat oculos.

De cura animarum non sumenda.

§. 74. Si quis fratrum infirmatur licitum ei erit habitum exnere, et indusium assumere.

De indusio infirmitatis causa assumendo.

§. 75. Pro quolibet defuncto fratre in tota provincia sacerdotes officium defunctorum privatim recitent, ac in ejus suffragium unam celebrent missam; clerici vero, ac laici duo rosaria quindecim decadum. In conventu vero in quo assignatus erat defunctus præter supradicta cantabitur missa, et fiet absolutio juxta præscriptum ritualis.

De exequi defunctorum.

Præcipitur, ut fratres Pœnitentiæ singulis annis faciant exercitia spiritualia per decem dies, quatenus magis spiritu excitentur ad currendam viam perfectionis. Mundities tam in conventu, quam maxime in ecclesia recomendatur: idcirco constituantur singulis septimanis aliqui scopandæ domus curam habituri.

§. 76. In omnibus, et singulis, in toto, et particulari, quantum continent regulæ, et constitutiones, subiicimus nos Sedi apostolicæ, et sanctæ Matri Ecclesiæ, summopere Christi vicario in terris capiti pontifici maximo, ad cuius beatissimos pedes expectamus, sperantes, quod regulam hanc, si sibi complacuerit confirmabit, et nos si in errore versamur, revocabit. Quidem non alia est mens nostra, quam sequi vestigia Domini Nostri Jesu Christi, et securum certumque facere in hoc scopuloso fallaciarum mari finem fidei nostræ salutem animarum. Amen.

De subjectione Sedi apostolicæ adhibenda.

§. 77. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, dicti exponentes constitutiones hujusmodi, quo fir-

Tenor apostolicæ confirmationis.

mius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communi summopere desiderent. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium ad ipsas constitutiones examinandas a Nobis specialiter deputatorum consilio omnes, et singulas constitutiones præinsertas auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis sobur adicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 78. Decernentes easdem præsentis literas, ac constitutiones præinsertas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 79. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad

præmissorum effectum, hac vice dum taxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima prima maii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

CDXCVIII.

Dat. Romæ
21. maii
1784
anno X.

Communicatio gratiarum, et privilegiorum alias concessorum fratribus ordinis sancti Francisci facta favore fratrum Pœnitentiæ nuncupatorum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**x debito pastoralis officii, quo Ecclesiæ Catholicæ per universum terrarum orbem diffusæ regimini divina dispositione præsidemus, congregationes Christifidelium Christum Dominum in paupertate, ac jugi corporum suorum mortificatione, ac pœnitentia propius sectari suscipientes paterno charitatis affectu prosequimur, felicique illorum statui, ac ut personæ, quæ tam pium vitæ institutum amplexæ sunt, in ea vocatione, qua vocatæ sunt, perseverent usque in finem opportunis rationibus, et favoribus providere studemus, sicut omnibus mature consideratis ad omnipotentis Dei gloriam, et animarum salutem expedire in Domino arbitramur.

Proemium.

§. 2. Siquidem cum Nos hodie per alias Nostras in simili forma Brevis expeditas literas regulas, et constitutiones dilectorum filiorum fratrum Pœnitentiæ nuncupatorum approbaverimus, ac confirmaverimus, iidem fratres, Nobis insuper exponi fecerunt, quod cum ipsi in religiosa eorum congregatione singula, quæ veros, et formales decent regulares tum respectu habitus, tum cæterorum operum, ad quæ juxta prædictas constitutiones tenentur, adimpleant, eandem congregationem in veram, et formalem religionem, in qua non vota simplicia, sed expressa, et solemnia, sicut in quatuor mendicantium ordinibus, cæterisque approbatis religionibus in posterum ab omnibus perpetuo profiteantur, ita ut in posterum dictæ congregationi religionis, et ordinis, ipsi vero fratribus illud religiosi, et regularis

Expositio precum porrectarum pro obtinenda erectione congregationis, et communicatione privilegiorum.

nomen respective conveniat, et religio hujusmodi quoad personas, et inservientes quoscumque a jurisdictione ordinarii sub prædictis constitutionibus, ut præfertur, auctoritate Nostra apostolica confirmatis exempta intelligatur, et esse debeat, per Nos erigi, et approbari, ac confirmari; gratias, et privilegia spiritualia, quæ alias fratribus ordinis sancti Francisci per Romanos pontifices prædecessores Nostros fuerunt concessa, ipsis per Nos communicari summopere desiderent.

Tenor concessio-
nis.

§. 3. Nos eorundem exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, prædictam congregationem fratrum de Pœnitentia nuncupatorum in veram religionem cum votis solemnibus ex integro etiam ab iis, qui hactenus vota hujusmodi in eadem congregatione emiserunt, emittendis, ita tamen, ut nova vota emittentes prius de inefficacia præcedentium votorum ad constituendum eos veros religiosos certiorentur, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo erigimus, et instituímus; gratias, et privilegia spiritualia alias, ut præfertur, per Romanos pontifices prædecessores Nostros fratribus ordinis sancti Francisci quomodolibet concessa, etiam specifica, et individa mentione digna, et quibus memoratus ordo sancti Francisci de præsentibus utuntur, fruatur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, vel poterunt in futurum, ad prædictam congregationem, seu ordinem fratrum de Pœnitentia nuncupatorum, et singulas illorum conventus domos, loca regularia, illorumque superiores, guardianes, prælatos, ac quoscumque regulares personas auctoritate apostolica tenore præsentium extendimus, illaque eis communicamus, concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has presentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum plenissime suffragari, ac ab iis respective

observari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, sublata eis, et eorum cui-libet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac apostolicis, et in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non congregationis, seu ordinis prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die *xxi* maii *MDCCLXXXIV.* pontificatus Nostri anno decimo.

Derogatio contrariorum.

Dat. Romæ
24. maii
1784
anno X.

ID.

Facultas erigendi in Americæ Septentrionalis, et Meridionalis provinciis custodias fratrum ordinis sancti Francisci de Observantia.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponitur per alias expeditas literas erectas fuisse custodias in provinciis septentrionalibus Americæ, cum privilegiis collegiorum missionariorum.

§. 1. **D**udum per Nostras literas in simili forma Brevis sub die xvi. novembris MDCCLXXIX. expeditas ad preces pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici Nobis porrectas concessimus, et indulimus, ut in aliquibus Americæ Septentrionalis provinciis tot efformari, constitui, atque erigi possent missionariorum ordinis fratrum minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum custodiæ, quot ad fidei catholicæ propagationem eidem Karolo regi Hispaniarum necessaria, atque opportune visæ fuissent; iisque custodiis, sic, ut præfertur, constitutis, omnes gratias, et privilegia missionariis collegiorum ad fidei propagationem institutorum hactenus concessa tribuimus, atque impertiti sumus, demandavimusque dilecto filio Emmanuelli de la Vega fratri in prædicto ordine expresse professo, et commissario generali Indiarum, ut formam regiminis dictarum custodiarum, ac statuta in eisdem custodiis per fratres, et missionarios in eis pro tempore existentes observanda conderet, atque ordinaret.

Narratur quomodo novæ erectiones utiles reperiantur ad catholicæ fidei incrementum, et propagationem.

§. 2. Volentes, quod sic erigendæ custodiæ, et hospitia in iis respective extruenda, quoad regimen nullius dicti ordinis regularis provinciæ forent, sed superiori generali illarum partium, in quibus erectæ fuissent, immediate subessent. Cum autem memorato Karolo regi catholico per dilectum iidem filium Franciscum Alvares de Villanueva ejusdem ordinis fratrem expresse professum, ac collegii sanctæ Rosæ de Ocopa dicti ordinis Limanæ diocesis missionariorum de Propaganda Fide alumnum, ac commissarium nuper in Hispaniam reversum expositum fuerit, haud mediocrem propagationi orthodoxæ fidei profectum eventurum, si in regionibus de Chiloé, et Valdivia, quæ in regno de Chile, et in America Meridionali sitæ sunt, una erigeretur ex hujusmodi custodiis, juxta formam quatuor custodiarum, quæ in

Bull. Rom. Tom. VII.

America Septentrionali vigore supradictarum literarum apostolicarum fam erectæ reperiuntur, et per statuta, ut in eisdem literis præscribitur, jam condita reguntur, et gubernantur, dictas regiones de Chiloé, et Valdivia a prædicto collegio sanctæ Rosæ de Ocopa, cujus spirituali curæ commendatæ sunt, abstrahendo, et dismembrando, illasque ibi erigendæ missionariorum custodiæ in posterum adjudicando.

§. 3. Quumque præterea idem Franciscus prædicto Karolo regi catholico etiam exposuerit, perutile, ac valde opportunum fore, si facultas hujusmodi custodias erigendi in partibus Americæ Septentrionalis tunc indicatis a Nobis, ut præfertur, concessa, indiscriminatum extenderetur ad quæcumque ejusdem Karoli Regis catholici dominia, utriusque Americæ Septentrionalis scilicet, et Meridionalis, in quibus existunt Indi, vel nondum ad catholicam fidem conversi, ut recenter ad eam reducti, qui neophiti adhuc sunt, et plenius in ea confirmari debent; plura enim evitarentur incommoda, tum asperimorum terrestrium itinerum, tum periculosarum navigationum, quæ necessario a missionariis subeunda sunt, placuit serenissimo regi, pro egregia sua pietate, fideique propagandæ zelo utramque dicti Francisci instantiam benigne complecti, probareque, ut et custodia in regionibus de Chiloé, et Valdivia erigatur, et quotquot in posterum custodiarum erectiones in suis utriusque Americæ Septentrionalis scilicet, et Meridionalis provinciis opportune fuerint visæ, executioni mandentur. Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Et hac de causa facultas erigendi custodias extendenda censetur per dominia Americæ Meridionalis, et Septentrionalis.

§. 4. Nos igitur, qui pro injuncti apostolatus officio, præstantem istam religiosissimi, ac vere catholici principis pietatem, et videri zelum non modo complecti, sed omnibus etiam gratiis, et favoribus prosequi vehementer cupimus, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum consilio, præfatum custodiæ erectionem in regionibus de Chiloé, et Valdivia cum omnibus privilegiis in superioribus literis enuncialis fieri concedimus, et indulgemus, regiones prædictas a prædicti collegii sanctæ Rosæ de Ocopa jurisdictione abstrahentes, et hujusmodi erigendæ missionariorum custodiæ in posterum adjudicantes; item-

Tenor concessionis, cum suis declarationibus.

que facultatem alias concessam hujusmodi custodias in certis tunc designatis Americæ Septentrionalis provinciis erigendi, ad quascumque dictæ, et æque meridionalis Americæ partes, ubi opportuna visæ fuerint, apostolica auctoritate extendimus, et ampliamus, itidem declarantes, quod erectiones hujusmodi, et statuta in præfatis custodiis observanda vim suam interim obtineant, donec comitia generalia ordinis celebrentur, ubi examinari, et approbari debeant, salva semper memoratæ congregationis de propaganda fide auctoritate ea augendi, seu moderandi, quatenus opus fuerit, et magis in Domino expedire videbitur.

Tribuitur regi catholico jus deputandi executores apostolicos.

§. 5. Præterea volumus, ut tam prædictæ custodiæ, quam hospitia in eis condenda, quoad regimen nullius provinciæ sint, et superiori generali illarum partium, in quibus fuerint, immediate subsint. Præfato autem Karolo regi catholico, ejusque successoribus facultatem tribuimus deputandi personas ecclesiasticas idoneas sibi benevisas, quæ apostolicas hæc Nostras literas executioni demandare faciant; decernentes, quod statim ac unaquæque ex supradictis custodiis erecta, et instituta fuerit, per prædictum Karolum regem catholicum ministro generali dicti ordinis pro tempore existenti communicetur, hæcque præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quo-

modolibet concessis, approbatis, et confirmatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quarta maii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

Fides habenda transumptis.

D.

Dat Romæ
6. junii
1784.
anno X.

Confirmatio unionis septem confraternitatum in ecclesia extinctæ societatis Jesu Lisbonensis civitatis existentium, quoadusque nosocomium dictæ civitatis aliunde provideatur.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii provisor, et confratres domus Misericordiæ Lisbonensis, quod alias anno scilicet MDCCLXXV. bona, quæ ad confraternitates sub titulo, et invocatione Nostræ Dominæ de Doctrina, Nostræ Dominæ de Bona Morte, Nostræ Dominæ de Pietate, Jesus Mariæ, et Joseph, sanctæ Quiteriæ, sanctæ Ritæ, et sancti Francisci Xaverii tunc extinctas, et jam pridem in ecclesia sancti Rochi extinctæ, et suppressæ societatis Jesu civitatis Lisbonensis erectas spectabant; prædictæ domui Misericordiæ applicata, naita, ac donata fuere; quodque licet Nos alias per Nostras in simili forma Brevis die xix junii MDCCLXXV. expeditas literas multis rationabilibus de causis animarum Nostrum moventibus, omnia cappellaniarum, aliaque onera hujusmodi, quibus eadem domus ex pluribus, et quidem

Expositio precum porrectarum a confratribus domus Misericordiæ.

diversis foundationibus gravabatur, sub certis conditionibus in alios tunc expressos æque pios usus commutaverimus, prout in eisdem literis uberius continetur; attamen cum dictæ confraternitates nedum nonnullis cappellanis, quarum aliquæ constitutæ fuerunt in titulum illarum cappellanis, sed aliis piis legatis onerarentur, quæ nisi exsolvantur, grave inde damnum, ac detrimentum jus habentibus obvenit, ipsi provisores dubitarunt, num cappellanis, ac legata pia hujusmodi sub dispositione dictarum Nostrarum apostolicarum literarum essent comprehensa.

§. 2. Quamobrem carissima in Christo filia Nostra Maria Francisca Portugalliæ, et Algabiorum regina fidelissima iterum separatis bonis, ac redditibus ad nosocomium Lisbonense spectantibus ab aliis bonis, ac redditibus ejusdem piæ domus Misericordiæ, quibus alias fuerant incorporata, decrevit, ut bona, ac redditus earundem confraternitatum dicto nosocomio unirentur, ac adnecterentur, ita tamen, ut omnia onera, quæ jus tertii aliquo modo respiciebant religiose adimplerentur. Quocirca exponentes prædicti Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censoris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac memoratæ Mariæ Francisæ reginæ fidelissimæ votis hisce desuper Nobis humiliter porrectis annuere cupientes supplicationibus hujusmodi inclinati, omnia bona, redditus, ac proventus ad dictas confraternitates quomodolibet spectantes, ac pertinentes dicto nosocomio, quoad usque aliunde aliis redditibus ad necessarios sumptus opportunis ditetur, apostolica auctoritate tenore præsentium unimus, adnectimus, et incorporamus.

§. 4. Et quoniam apud eosdem exponentes salis compertum non est, num cappellanis, dotes, aliaque onera pia, quibus dictæ confraternitates gravabantur, sub dispositione, ac commutatione per memoratas Nostras literas concessis sint comprehensa, hinc Nos easdem literas, quarum tenorem præsentibus pro plene, ac sufficienter expresso, et in-

serto habentes, auctoritate, et tenore prædictis confirmantes, memoratas cappellanias, dotes, aliaque onera pia prædicta tunc commutata fuisse auctoritate, et tenore prædictis declaramus, et quatenus opus sit, ea denuo eadem auctoritate, et tenore commutamus, ita tamen, ut sub commutatione, ac dispositione hujusmodi omnes cappellanias, quarum cappellani ad illarum titulum fuerunt ad sacros ordines promoti, vel fuerunt ab ipsis fundatoribus vocati, aut nominati, vel demum aliquem quomodolibet legitimum titulum ad eas habeant, sicut pariter eas dotes, quæ fuerunt certis personis, aut puellis, vel illis designatorum locorum, aut paræciarum legatas, vel etiam ea onera, quæ pro conservatione ædificiorum, altarium, ac cappellarum, dictis confraternitatibus in memorata ecclesia sancti Rochi, in qua fuerunt erectæ, et ubi adhuc aliquæ ex dictis cappellanis adimplentur, possessorum, fuerunt relicta, minime esse comprehensa auctoritate, et tenore prædictis statuimus, ac mandamus.

§. 5. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus omnium, et quorumcumque testatorum etiam ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac confraternitatum prædictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et foris, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis

Clausula sublata, et decretum irritum.

Derogatio contrarium.

Decretum latum a regina fidelissima super unione honorum spectantium ad nosocomium et piam domum Misericordiæ.

Pontifex unum decretum confirmat.

Declarat a quibus oneribus confratres sint exempti.

clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta julii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno décimo.

Dat. Romæ
25. junii
1784.
anno X.

DI.

Commissariis monasterii monialium ordinis beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo civitatis Capuanæ conceditur iudicium utendi privilegiis provincialium titularium Daciæ, cum voto in capitulis generalibus.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ priorissa, et moniales ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo civitatis Capuanæ, quod cum suo monasterio a pietate claræ memoriæ defunctæ reginæ catholicæ instituto, et in carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici clientelam adhuc existenti tum quoad spirituale, tum quoad temporale, prodesset quam maxime, si illarum frater commissarius pro tempore existens jus suffragii in capitulis generalibus ordinis prædicti haberet, unde eidem capitulo generali ea, quæ pro recto illarum gubernio, ac administratione opportuna forent, referre ei facile esset; id autem consequi posset, si commissariis hujusmodi pro tempore existentibus privilegia provincialis titularis Daciæ ordinis prædicti concedamus, prout alias in eodem ordine fuisse concessum asseritur, ac summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut eis in præmis-

sis providere, et de benignitate apostolica indulgere dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratos fratres commissarios monasterii prædicti in provinciales titulares Daciæ ordinis præfati auctoritate apostolica tenore presentium facimus, creamus, et nuncupamus, eisque ut deinceps, et futuris perpetuis temporibus, omnibus, et singulis privilegiis, præeminentiis, prærogativis, gratiis, et indultis, etiam cum voto in capitulo generali ordinis prædicti, quibus provinciales titulares prædicti tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet usi, potiti, et gavisii sunt, aut quomodolibet in futurum uti, potiri, et gaudere possunt, vel poterunt, uti pariter, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia, periode ac reapse provinciales ordinis prædicti provinciæ Daciæ fuissent, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Tenor concessionis.

§. 3. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; eisque, ad quos spectat in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; nec non ordinis, et monasterii prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam

Derogatio contrariorum.

derogatarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

Dat. Romæ
15 juli
1784
anno X.

DII.

Confirmatio decreti super concessione signi clero sæculari Græco-Rutheno a congregatione de Propaganda Fidei lati.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. **C**um certum sit pro omnipotenti Deo laborantibus ineffabilia æterni regni præmia reservari: Nobis tamen eis necesse est honorum, et gratiarum beneficia tribuere, ut in spiritualis operis studio ex remuneratione valeant multiplicius insudare, et quia venerabilis frater Jason archiepiscopus Kioviensis, et Halliciensis totius Russiæ metropolitanus, universi etiam cleri sæcularis Græco-Rutheni nomine exponi Nobis aufer fecit, quod ad excitandam, augendamque ipsius cleri sæcularis pro catholica religione sollicitudinem, ac vigilantiam, illosque una jungendos compage summopere conferret, si iis, qui inter cæteros in vinea Sabaoth uberiores fructus proferre satagunt, aliquod signum ex speciali dono gratiæ concederemus; Nos, cui ex debito apostolici ministerii humilitati Nostræ concrediti officio, maxime cordi est, christianam fidem, sic Domino largiente, quotidie in populis extendere, ac Christianifidelium præcipue vero illorum, qui in sortem Domini fuerunt vocati, zelum multiplicare, ut votis etiam Nobis hisce

desuper a carissimo in Christo filio Nostro Stanislao Augusto Poloniæ regi illustri porrectis annuerimus, preces prædictas venerabilibus fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus congregationis de Propaganda Fide remisimus, qui ad relationem dilecti filii magistri Sthepani Borgia ejusdem congregationis secretarii decretum a Nobis approbatum tulerunt tenoris, qui sequitur.

§. 2. Ab eo usque tempore, quo incluta Ruthenorum natio sub sacrosancti Clementis pp. VIII. divino aspirante numine, rediit ad petram fidei, supra quam ædificata est ecclesia, et cum Romano pontifice beati Petri apostolorum principis successore Christianorum omnium patre, ac magistro, tanquam cum ecclesiasticæ unitatis centro communi fidei, et charitatis vinculo conjuncta est, mirum quantum catholicæ fidei lætiores ubique fructus in Ruthenorum regionibus reportaverit, et quantum pacis, atque unionis nexus ex hac vera, sinceraque membrorum cum suo capite compactione firmior, ac validior evaserit. Quamobrem cum nuper R. P. D. Jason Junozza Smogorzewski archiepiscopus Kioviensis, et Halliciensis, totius Russiæ metropolitanus, universi cleri sæcularis Græco-Rutheni nomine sanctissimo domino nostro Pio pp. VI., accedentibus etiam serenissimi Stanislai Poloniæ regis officiis, ac commendationibus, humili obsecratione supplicaverint, ut sacerdotes ex sæculari clero, qui in vinea Domini ardentius col laborant, ac de unione catholica magis benemerentur, una quadam societatis compage colligare, et aliquo pontificiæ benignitatis monumento insignire dignaretur, ad nos acrius etiam ad tam pium opus conjunctis insimul studiis promovendum incitandos, cumque Sanctitas sua hujusmodi preces ad sacram congregationem Propagandæ Fidei rebus præpositam remiserit.

§. 3. Eadem sacra congregatio, ad relationem super præmissis factam, per R. P. D. Stephanum Borgia secretarium, secum animo perpendens id, quod sanctus Gregorius magnus Syagrio Augusthoduensi episcopo scribebat, eum scilicet, qui in prædicatione, et opere sollicitum, devotum, adiutoremque in omnibus Augustino ad Anglorum conversionem misso, fuisse cognoverat, dignum esse, cui exterioris quoque habitus honorem deferret, censuit apostolica auctoritate eidem Jasoni totius Russiæ metropolitanus, ejusque in eadem

Tenor decreti editi a sacra congregatione de Propaganda Fide.

Concessio crucis aureæ gestandæ a triginta sacerdotibus.

metropolia successoribus, concedendam esse facultatem ornandi cruce aurea triginta presbyteros ex clero sæculari Græco-Rutheni ritus uniti, qui hujusmodi ornamentum semper, et quodcumque in omnibus, et quibuscumque actibus, congressibus, et congregationibus publicis, et privatis in ecclesiis, vel extra, et coram quibuscumque personis qualibet dignitate ecclesiastica, vel sæculari fulgentibus, ad collum appensam gestare possint, et valeant.

De forma crucis.

§. 4. Crucis autem forma erit octagona instar Melitensis encausto cærulei coloris oblita; in ejus anteriore orbiculo erit depicta, vel insculpta Sanctæ Romanæ Ecclesiæ imago, in posteriori vero sanctorum Petri, et Pauli apostolorum, ut sic cunctis pateat hanc honoris accessionem ex illius Sedis benedictione, et gratia prodire, quæ ab iis, qui illam gestabunt, ampliores in sancta catholica unione progressus sibi pollicetur. Supra imaginem Ecclesiæ erit insculptum stemma regium, quoniam jamdudum Poloniæ reges, atque hodie tum serenissimus rex Stanislaus pro suo eximio pietatis, ac religionis studio sanctam unionem fovet, suoque patrocinio tuetur.

Declaratur cui competat jus concedendi crucem.

§. 5. Hoc autem crucis ornamentum, seu distinctorium ex delegata apostolica auctoritate, non ab alio, quam a metropolitano conferatur, ea tamen lege, ut in singulis episcoporum Ruthenorum diœcesibus tria semper distinctoria tribus ecclesiasticis viris utriusque diœcesis ab episcopo eidem metropolitano præsentandis conferantur ad hoc, ut hujusmodi honoris præmium, ac laboris incitamentum in singulis quibusque tribus diœcesibus tribus viris semper largiatur, unoque sublato, alter a diœcesano episcopo metropolitano præsentetur, qui in illum spectatæ virtutis, ac meritorum præconio commendatum compererit, eadem cruce, seu distinctorio ornare non recuset. Reliquas vero cruces, ac distinctoria idem metropolitano dignioribus presbyteris metropolitane diœcesis ad sui arbitrium indulgere poterit.

De requisitis exhibendis pro assequenda cruce.

§. 6. Merita vero, ac requisita, quorum potissimum ratio, tam a metropolitano, quam ab episcopis in iis designandis, qui hac cruce ornandi erunt, habenda erit, sint hujusmodi. Sacerdotalis ordo: institutio, ac sedula studiorum opera in pontificiis seminariis impensa: commentaria, ac libri in lucem editi pro catholicæ religionis incremento: patriæ missiones, ac

sacra catechesis cum laude peracta, ac sancta unio magis propagata: seminariorum regimen: servitium in parœciis, atque in episcoporum curiis præstitum. Demum natalium nobilitas, seu saltem honestas, ac si fieri poterit, gradus aliquis in universitatibus assequutus.

§. 7. Ne autem hoc crucis, ac distinctorii ornamentum *solam superflue elationis pompam* præferat, quemadmodum idem sanctus Gregorius ajebat, sed potius sit devotionis indicium erga apostolorum principem, pastorem, ac nutritorem nostrum, ejusque apostolicam cathedram, ad quam propter ejus potentioris principalitatem omnem necesse est convenire ecclesiam, atque eos, qui undique sunt fideles, eadem sacra congregatio jussit, presbyteros his gloriæ, et splendoris insignibus decorandos a metropolitano, atque etiam ab aliis episcopis movendos esse, atque hortandos, ut in sanctis operibus, ac præsertim in tuenda, atque amplificanda catholica unione perseverent, et si ex merito actionum suarum hoc laudis testimonium ab apostolica Sede sunt adepti, novis laborum, ac virtutum accessionibus videantur, collato sibi honori cumulatissime respondere. Nam ut idem sanctus Gregorius prosequitur, *Cum honoris argumento, cura quoque sollicitudinis debet excrecere, ut cultui vestitum, actionis quoque ornamenta convenient: oportet, ut enixius in cunctis se studiis vestra fraternitas exerceat. Circa subjectorum actus sit cura vigilans, vestrum illis exemplum, instructio, et vita magistra sit, lingue vestræ exhortatione discant, quod metuant, et doceantur, quod diligant.*

Explicatur ornamentum crucis devotionis esse indicium, non vanam pompam præferre.

§. 8. Ut vero ad hæc persequenda acrius inflammentur, et ad extremum honoris insigne internum, ac spirituale aliquod animarum lucrum adiciatur, decrevit pariter sacra congregatio supplicandum esse sanctissimo, ut presbyteris illis, quos metropolitano, et episcopi deferendæ crucis honore dignos judicabunt, altaris privilegiati personalis gratiam bis in hebdomada elargiatur, ac præterea, ut plenariam suorum peccatorum indulgentiam quotannis in die festo sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, atque etiam in ejusdem festi octavo die; demumque, ut in eorum mortis articulo plenariam pariter suorum peccatorum indulgentiam consequi possint ex apostolica benignitate concedere dignetur.

De privilegiis adnexis honori crucis.

§. 9. Hoc autem sacræ congregationis decretum sanctissimo domino

Præceptum de expediendo

Literas in forma Brevis.

Nostro Pio pp. VI. relatum in audientia habita per eundem R. P. D. Stephanum Borgia secretarium die xiii. junii MDCCLXXXIV. Sanctitas Sua in omnibus approbavit, et per apostolicas in forma Brevis literas auctoritatis suae robor adiiciendum esse mandavit.

Datum ex ædibus dictæ sacræ congregationis die 19. junii 1784.

L. Card. Antonellus præfectus
Stephanus Borgia secretarius

Loco ✕ Signi

Confirmatio apostolica.

§. 10. Cum autem memorati exponentes, præinsertum decretum pro firmiori illius subsistentia, et observatione apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio commuiri summopere desideret. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adiicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ congregationis cardinalium.

Clausula sub-
lita, et decre-
tum irritans.

§. 11. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trarium.

§. 12. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis

in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia julii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

DIII.

Supprimeretur confraternitas sancti Sebastiani civitatis sancti Angeli in Vado, et applicantur ejus bona nosocomio dictæ civitatis.

Dat. Romæ
17. julii
1784.
Anno X.

Venerabili fratri
Antonio episcopo sancti Angeli in Vado

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Cum inter gravissimas, multiplicesque curas, quibus ex sacrosancti apostolatus humilitati Nostræ divinitus commissi debito incessanter urgemur, illa præcipue animarum Nostrarum angat sollicitudo, quam de pauperum infirmorum necessitatibus, tum spiritualibus, tum temporalibus sublevandis corde jugiter versamur, proinde ubique locorum, et præsertim in civitatibus, et locis Sanctæ Romanæ Ecclesie subditis providentiæ Nostræ intuitum convertere non omittimus, ubi pensatis omnibus rerum circumstantiis, id expedire salubriter in Domino conspicimus.

Proemium.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecerunt, difecti filii confalonarius, ac quatuor deputati nosocomii hujus Nostræ civitatis sancti Angeli in Vado, quamvis felicitis recordationis Clemens pp. XIV. prædecessor Noster pro erectione nosocomii hujusmodi plura concesserit, ac bona ipsi univerit; attamen cum ea non sint, quæ pro illius manutentione, et exhibitione necessaria forent. Nobis propte-

Tenor precum
postreclarum.

rea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessio-
nis.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ, de cujus prudentia, fide, integritate, doctrina, ac in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, et mandamus; ut inter octo confraternitates laicales in hac civitate sancti Angeli in Vado erectas, confraternitatem sub invocatione, ac titulo sancti Sebastiani in quadam ecclesia extra mœnia ejusdem civitatis erectam auctoritate Nostra apostolica supprimas, ac extinguas, ac suppressam, et extinctam esse decernas, ac declares. Bona vero mobilia, et immobilia, ecclesiam, domos, jura, et actiones quomodolibet ad eandem confraternitatem spectantia cum omnibus, et singulis oeribus, quibus bona prædicta gravata existant, eidem nosocomio auctoritate prædicta incorpores, unias, et adnectes. Nos enim tibi quamcumque necessariam, et opportunam ad præmissa omnia, et circa ea, quæ ad dictæ confraternitatis suppressionem, ac nosocomii prædicti utilitatem pertinent, faciendi, gerendi, dicendi, et exequendi, ac exequi mandandi ea omnia, quæ pro præsentium literarum executione constituere, ac decernere in Domino salubriter expedire conspexeris plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, quorumcumque piorum benefactorum, seu testatorum, dispositionibus, testamentis, codicillis, ac ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, de jure quæsito non tollendo, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus, unionibus, seu applicationibus, illisque committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac aliis Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non confraternitatis prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque teoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta julii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

Derogatio contrariorum.

DIV.

Dat. Romæ
18. Julii
1784
anno X.

Facultati^o medicæ universitatis studii generalis Avenionensis conceditur jus suffragii in electione primicerii dictæ universitatis.

Venerabili fratri Joanni, Karolo, Vincentio archiepiscopo Avenionensi, ac cancellario universitatis Avenionensis.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater

Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio concessionis.

§. 1. **C**upientes Nos universos Christianifideles præsertim Nobis, et Ecclesie Romane in temporalibus subditos ad bonarum literarum cognitionem, et doctrinam pro communi, et publica utilitate, ac ditionis Nostræ ornamento, et honore paterna charitate, et Sedis apostolicæ magnificentia, atque liberalitate allicere, privilegia, ac honores iis libenter concedimus, qui nedum studio, et continuis laboribus, sed etiam suis sumptibus easdem literas promovere satagunt, ut ipsis, et etiam cæteris ad virtutem calcet honorificum, ac fructuosum addatur. Sane cum in universitate studii generalis in civitate Nostra Avenionensi a felicis recordationis Bonifacio pp. VIII. prædecessore per suas literas kalendis Julii anno sui pontificatus IV. Anagninæ sub plumbo datis erecta, et instituta, quæ inter cæteras, tum ob scientiarum gloriam, tum ob clarissimorum, qui in ea, aut sacras, et prophanas literas monstrarunt, aut docentes audierunt præstantiam adeo claruit, ut summorum pontificum prædecessorum Nostrorum peculiarem sollicitudinem, multasque gratias, et exemptiones jugiter promeruerit, facultas medicæ cæteroquin ejusdem universitatis optime merita, nonnullis prærogativis, quibus aliæ facultates theologica, et juris utuntur, juris nempe suffragii in electione primicerii, qui est caput universitatis, et juris eligendi summum professorem, qui primariam cathedram medicinæ exercent, sit destituta. Nobis propterea aggregati ejusdem facultatis humiliter supplicari fecerunt, ut eis in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur cum ex tui, ac dilecti filii Jacobi Filomarino Nostri, et Sedis apostolicæ vicelegati Avenionensis

Bull. Rom. Tom. VII.

relationibus acceperimus, facultatem medicam prædictam alteram fuisse ex tribus facultatibus, quarum intuitu memoratus Bonifacius prædecessor universitatem Avenionensem instituit, per statuta insuper dictæ universitatis, anno MDIII. a bonæ memoriæ Juliano, dum vixit, cardinali de Ruvere nuncupato archiepiscopo Avenionensi, et ejusdem universitatis cancellario renovata, facultati theologiæ, quæ a felicis recordationis Joanne pp. XXIII. prædecessore itidem Nostro per suas literas apud sanctum Antoninum extra muros Florentiæ kalendis septembris, sui pontificatus anno IV. sub plumbo datas eidem universitati fuit adjuncta, ut quatuor doctores in sacra theologia aggregati, una cum doctoribus aggregatis in jure jus suffragii in dicta electione primicerii haberent, fuisse concessum, nec non utraque facultates theologiam nimirum, et juris suos respective primarios professores nominare, quod si facultas artium ejusmodi professorem non habet, id ex eo fieri, quod hujusmodi cathedra a dilectis filiis fratribus ordinis Prædicatorum semper exercetur, ac tandem facultatem medicam esse ipsius universitatis benemeritam, tum quod duas instituerit cathedras, alteram quidem pro herbarum cognitione, alteram pro cadaverum incisione, quas illarum professores gratis exercent, cum etiam quod hortum herbarium in civitatem transportaverit, illumque suis sumptibus colat, et conservet, votis aggregatorum ejusdem facultatis medicæ annuere volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ, de cujus prudentia, integritate, et in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, et mandamus, ut eidem facultati medicæ jus suffragii in electione primicerii universitatis auctoritate Nostra apostolica concedas, ita ut deinceps duo ex suis doctoribus aggregatis, decanus videlicet, et in ejus defectu doctor aggregatus senior, et professor exercent cathedram primariam, et in ejus defectu alius professor ad electionem primicerii omnino erant convocandi, ac annuæ electioni ejusmodi cum jure suffragii adesse libere, ac licite possint, et valeant.

Q q

Tenor concessionis.

Declarationes
speciales.

§. 5. Ut insuper in posterum ad eandem facultatem medicam præside tamen primicerio, electio, et nominatio sui primarii antecessoris pertineat, auctoritate prædicta edicas, et declares. Nos enim tibi quamcumque necessariam, et opportunam, ut hæc suum sortiantur effectum faciendi, gerendi, dicendi, et exequendi, ac exequi mandandi facultatem auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Derogatio con-
trariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non universitatis prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava junii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

DV.

Dat. Romæ
30. julii
1784
anno X.

Damnatis ad triremes Cameræ apostolicæ indulgetur, ut dum fuerint in statione vulgo *Darsena* civitatis Centumcellarum, quibusdam festis diebus servilibus operibus vacare possint.

Dilecto filio vicario capitulari ecclesiæ Viterbiensis illius sede episcopali vacante legitime deputato.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster

Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **Cum**, sicut quædam sunt, ut inquit sanctus Leo magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in iis, quæ dubia fuerint, vel obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum; ea propter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariorum incipiam, non sine conscientie angore contemnuntur.

Proemium.

§. 2. Quoniam autem sicut dilectus etiam filius magister Josephus Miselli in utraque Signatura Nostra referendarius, et cameræ Nostræ apostolicæ commissarius generalis Nobis nuper exponi fecit, ipse compertum, exploratumque habet, vitia, quibus nefarii homines in triremibus ejusdem cameræ Nostræ pœnas pro patris facinoribus substinentes abundant, ex desidia, et otio potissimum proficisci; quo vere hisce malis, meliori qua fieri possit ratione occurratur, operæ pretium existimat, eos ad laboriosas artium exercitationes, serviliaque opera etiam festis in diebus revocare, ac propterea Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Ratio concessionis.

Tenor manda-
ti, quo execu-
tor apostolicus
constituitur ad
effectum con-
cedendi di-
sensationes
statu diebus
festivis appli-
candis.

§. 3. Nos itaque, quibus plane perspectum est, ex otio nonnisi mala in religionem, et rempublicam promanare, quique illud e dictis triribus quam longissime amovere non modo, sed et radicitus evellere cupimus, hujusmodi supplicationibus inclinatis: discretioni tuæ, attento quod sedes episcopalis Viterbiensis ad præsens vacat, per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis; omnibus et singulis ad prædictas triribus damnatis, ut ipsi deinceps dum intra *darsenam* nuncupatam oppidi civitatis etiam nuncupati Centuiceltherum, non autem extra illam, extiterint, diebus dominicis, Paschatis Resurrectionis, et Pentecostes, aliisque per annum dominicis diebus, nec non diebus Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, et Nativitatis Domini; diebus Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, natali die sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, die celebrationis omnium sanctorum, ac festo die sanctæ Firmiæ patroæ præcipue dictæ civitatis, pro veteri Catholicæ Ecclesiæ iustitio, sacris non tantum adstare, sed etiam a servilibus operibus abstinere teneantur: in reliquis vero festis, sive per apostolicam hanc sanctam Sedem, sive per synodales diocesis hujusmodi constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per Christifideles civitatis, et diocesis prædictæ, eorumque majores facti, quod auctoritate Nostra apostolica quoad hanc partem per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo prorsus conscientie scrupolo incumbere possiat, pari auctoritate tenore presentium concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, ac mandes.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima julii millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

DVI.

Dat. Romæ
13. augusti
1784.
anno X.

Concessio juris privativi favore ducis Stephani Carboni fundendi ferrum in civitate Vetrallæ, illiusque districtu.

Carlo per la divina misericordia vescovo di Porto, e s. Rufina cardinal di s. Marco della S. Romana Chiesa Camerleugo.

§. 1. La Santità di Nostro Signore papa Pio VI. felicemente regnante si è degnata di accordare al capitano Stefano Carboni di Vetralla di costruire privatamente ad ogn'altro nella detta città di Vetralla, e suo territorio, durante lo spazio di ventiquattro anni prossimi a venire una fabbrica per colare ferro grezzo, e purgato lavorarlo, come dal chirografo della Santità Sua segnato li 8 luglio scorso, e registrato negli atti dell' infrascritto segretario di camera, ed a noi per l'esecuzione diretto del tenore seguente, cioè

Camerarius
publicat litem
apostolicam
ad rem expectatam.

*Rmo Cardinale Carlo Rezzonico
Camerlengo di Santa Chiesa*

§. 2. Ci è stato rappresentato per parte del capitano Stefano Carboni della Nostra città di Vetralla nella provincia del Patrimonio, che in detta sua patria, e suo territorio non vi è alcun edificio di ferriera per fabbricare il ferro, il che, se vi fosse, produrrebbe un considerabilissimo vantaggio a quella popolazione; e che in vista di ciò detto Carboni mosso dall'amor della patria, si è offerto d'introdurvi un tal edificio, poichè, oltre l'accrecimento del commercio, s'impiegherebbe l'opera della povera gente; ma siccome l'introduzione di tal ferriera esige d'impiegarvi gran somma di denaro, quale esso Carboni impiegherebbe volentieri, se venisse impedito ad altri, che a di lui imitazione, o per spirito di emulazione in grave di lui danno per la perdita, che farebbe della somma impiegatavi, erigessero in detta città, e suo territorio una tal fabbrica; perciò umilmente ci ha supplicato a degnarci concedergli per il tempo di anni ventiquattro la facoltà privativa di fabbricare in essa città, e territorio qualunque sorte di ferro di qualsivoglia specie tanto grezzo, che purgato, ed in qualunque forma costruito; ed avendovi Noi rimessa tal supplica per udirne il vostro parere,

Tenor apostolici chirographi.

Derogatio contrarium.

ci avete riferito, dopo sentita su di ciò l'informazione di monsignor governatore di Viterbo, quale ci ha sentito ancora quel governatore locale, potersi accordare al supplicante la richiesta grazia, come molto utile, e vantaggiosa a quei Nostri amatissimi sudditi, onde Noi ci siamo ben volentieri determinati di accordare ad esso supplicante, e sua famiglia la richiesta grazia, per far godere loro gli effetti della Nostra sovrana beneficenza, e di dare insieme a quel pubblico un sincero contrasegno della paterna Nostra amorevolezza, e dell'impegno, che abbiamo per l'introduzione di un'arte per essi nuova nel modo, e forma però, ch'esprimeremo in appresso.

Tenor concessionis.

§. 3. Quindi col presente Nostro chirografo in cui abbiamo per espresso il tenore della citata informazione, e di ogni altra cosa quanto si voglia necessaria ad esprimersi, di Nostro moto proprio, certa scienza, e colla piechezza della Nostra suprema podestà, ordiniamo a voi, che in nome Nostro, e della Nostra camera diate, e concediate, siccome Noi diamo, e concediamo al suddetto capitano Stefano Carboni, e suoi eredi, e successori la facoltà di fabbricar ogni sorta di ferri privatamente ad ogni altro in detta Nostra città di Vetralla, e suo territorio per il solo corso di anni ventiquattro, coa potere, durante tal tempo, edificare qualunque sorte di fabbrica per colare ferro grezzo, e lavorarlo purgato, ricavandolo o dalla vena minerale di ferro, o dal ferraccio, come più gli tornerà conto, e questo costruirlo in qualunque modo, e ridarlo in qualunque forma gli piacerà.

Declarationes speciales.

§. 4. Non intendiamo però colla presente privativa, che quei sudditi restino impediti di provvedersi di tali ferri altrove a di loro piacimento, o per la miglior qualità di ferro, o per l'aggevolezza de'prezzi, di modo che la presente concessione intendiamo, che sia soltanto, affine da altri non si facciano simili fabbriche nel suddetto corso di tempo, e non altrimenti.

Deputatio iudicis privati.

§. 5. E per l'effetto, ed esecuzione delle cose premesse stipolarete a favore di detto Carboni, e suoi suddetti l'istramento di tal concessione, interporrete decreti, publicarete bandi, ed editti anche penali a vostro arbitrio, e farete tutt'altro, che in tutto il surriferito tempo di essa concessione stimarete expediente per indennità non men pubblica, che privata, deputandovi perciò Noi in giudice privato di qualunque

controversia, che in detto tempo potesse accadere sulla predetta fabbrica privativa per esser così mente, e volontà Nostra espressa.

§. 6. Volendo, e decretando, che il presente chirografo ammettendosi, e registrandosi in camera, e ne'suoi libri vaglia, ed abbia il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione, e che non possa mai opporglisi di surrezzione, orrezione, nè d'altro vizio, o difetto della Nostra volontà, e che così, e non altrimenti debba nelle cose premesse definirsi, decidersi, ed interpretarsi da qualunque giudice, e tribunale, benchè collegiale, e composto di reverendissimi cardinali, togliendo loro la facoltà di giudicare, definire, ed interpretare diversamente, dichiarando fin d' adesso nullo, ed invalido tutto ciò, che scieatamente, o ignorantemente si facesse in contrario, ancorchè non vi siano stati chiamati, citati, nè sentiti monsignor commissario della Nostra camera, l'appaltatore del Nostro stato di Castro, e ducato di Rocigione, il magistrato di Vetralla, e del suo territorio, ed ogni altro, che vi avesse o pretendesse avervi interesse.

Subnovetur omne reuendium iuris.

§. 7. Non ostante la regola della Nostra cancellaria de jure quæsito non tellendo, e qualsisiano costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, ed ogni altra cosa, che disponesse o facesse in contrario, alle quali tutte, e singol, avendone il tenore per espresso, e di parola in parola inserito, per questa volta solamente, ad all'effetto premesso ampiamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo Quirinale questo di 8 luglio 1784.

Derogatio contrariorum.

PIUS PP. SEXTUS

§. 8. Noi pertanto volendo, che quanto nel suddetto pontificio chirografo vien ordinato ed espresso abbia a sortire il totale, e pieno suo effetto in esecuzione del medesimo, e del successivo istramento dell' enuciata privativa concessione rogato nelli medesimi atti dell' infrascritto segretario li 6. del corrente mese di agosto, e stipolato avanti di noi a favore del menzionato capitano Stefano Carboni, e per l'autorità del nostro officio di camerlengato ordiniamo, e comandiamo a tutte, e singole persone di qualsivoglia stato, grado, e condizione tanto

Executio chirographi.

laiche, quanto ecclesiastiche, secolari, e regolari, ancorchè per comprenderle nel presente editto facesse d' uopo di specifica, ed individua menzione, sempre salva la surriferita libertà di provvedersi altrove, e d' introdurre, e spacciare in detta città, e territorio ogni sorta di ferri, che intieramente si uniformino a quanto viene prescritto nel suddetto pontificio chirografo colla puntuale ubbidienza ai sovrani comandi, nè ardiscano sotto qualsivoglia pretesto, capo, causa, o ricercato colore di erigere in detta città di Verralla, e suo territorio, fabbriche, e macchine, o siano edifizii, lavori, ed ordigni per ricavare, e formare il ferro, come si è detto di sopra, nè molestare in verun modo, e maniera, nè direttamente, nè indirettamente il medesimo concessionario, e molto meno impedire, quanto viene ad esso accordato relativamente in tutto, e per tutto al suddetto pontificio chirografo, e quanto in esso viene ordinato, ed espresso sotto pena di scudi cento d' oro da incorrersi ipso facto da ciascuna contravente, oltre la perdita della robba, e stigli caduti in commissum, secondo le qualità de' casi, e delle circostanze.

§. 9. Avverta dunque oguano onninamente d' ubbidire ai sovrani voleri della Santità di Nostro Signore, altrimenti in caso di fraude, e renitezza si procederà alle pene convenienti a nostro arbitrio manu regia, more camerale, ed in ogni altra maniera più spedita. Quali pene per una terza parte saranno applicate alla reverenda camera apostolica, e per le restanti due parti, una al suddetto concessionario, e l' altra all' accusatore, che sarà tenuto segreto: Volendo noi, che il presente nostro editto pubblicato, ed affisso ne' soliti luoghi della suddetta città, e territorio, e di altre città, e luoghi convicini obblighi oguano alla piena osservanza, come se personalmente gli fosse stato intimato. Dato in Roma nella camera apostolica questo dì 13. agosto 1784.

Sancti poenalis.

DVII.

Confirmatio capitulorum editorum super separatione nationum Venetæ et Lombardo-Austriacæ, pro clericis congregationis Somaschæ.

Dal. Romæ
13. augusti
1784
Anno X.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum superiorum, aliorumque clericorum regularium congregationis Somaschæ Nobis expositum fuit, quod eadem congregatio in capitulo generali hoc eodem anno in civitate Nostra Ferrariensi celebrato, prævia Nostra, et hujus sanctæ Sedis licentia, proposuit, et statuit novam methodum, seu capitula pro nationibus, que post separationem nationum Venetæ, et Lombardo-Austriacæ unitæ remanent, in posterum servanda, quorum tenor est, ut sequitur videlicet = Piano stabilito dalla congregazione de' Chierici Regolari Somaschi nel capitolo generale celebrato in Ferrara, come siegue = Avendo la congregazione de' Chierici Regolari Somaschi il giorno 5. di marzo dell' anno 1784. ottenuto = Ex audientia ss̄mi etc. la facoltà di stendere nel capitolo generale da tenersi nella domenica III. dopo Pasqua, un nuovo piano per le nazioni, che rimangono unite, dopo la separazione della Veneta, e della Lombardo-Austriaca, da esibirsi poscia alla Santità Sua, affine d' ottenerne l' approvazione: si è esposto il seguente, il quale, dopo che è stato privatamente approvato da' vocali, e da' socij, si propone ora ai medesimi pubblicamente congregati nell' accennato capitolo, per rilevarne il voto loro sopra il medesimo piano.

Decreta lata in capitulo generali celebrato in civitate Ferrariensi.

§. 2. 1. La congregazione si dividerà in tante provincie, quante sono le nazioni, che la compongono.

De divisione congregationis

§. 3. 2. La casa di Piacenza apparterrà alla nazione Genovese, o alla Piemontese, secondo l' inclinazione degli stessi religiosi.

De domo Piacentia.

§. 4. 3. Le quattro nazioni, Napolitana, Romana, Genovese, e Piemontese, avranno ciascuna sei vocali.

De vocalibus.

§. 5. 4. I mentovati sei vocali con un socio da eleggersi in ciascuna nazione formeranno il capitolo generale.

De capitulo generali.

§. 6. 5. Il capitolo generale eleggerà le sequenti quattro dignità, cioè il proposito generale, il vicario gene-

De dignitatibus a capitulo generali eligendis.

rale, il procurator generale, ed il cancelliere.

De dignitatibus aboletis.

§. 7. 6. Le dignità di consigliere, e definitori, siccome al presente sistema non necessarie, restano abolite.

De ordine servando inter nationes.

§. 8. 7. Le quattro nazioni si succederanno con l'ordine seguente = Napolitana = Romana = Genovese = Piemontese.

De præposito generali.

§. 9. 8. Si è determinato, che si elegga in questo capitolo generale il proposito generale della nazione, ossia provincia Romana, e poscia coll'ordine del precedente paragrafo stabilito, cioè: Napolitana, Piemontese, e Genovese.

De præposito provinciali.

§. 10. 9. Il capitolo generale, oltre alle quattro dignità accennate, eleggerà un proposito provinciale di ciascuna nazione.

De aliis dignitatibus adiungendis.

§. 11. 10. Se crescesse il numero delle nazioni, e si facesse maggiore di quello delle suddette quattro dignità; una delle quali deve a ciascuna nazione toccare, si eleggerà una dignità per ciascuna nazione accresciuta, e chi ne sarà condecorato, si nominerà definitore.

De definitorio generali.

§. 12. 11. Il definitorio sarà composto dalle quattro mentovate dignità, e da quattro provinciali: averanno, secondo il solito, diritto d'intervenire al medesimo gli assistenti generali, come soprannumerarij.

De domibus novitiorum.

§. 13. 12. Ciascuna nazione eleggerà una casa per il noviziato sì de' chierici, che de' laici.

De capitulo generali.

§. 14. 13. Il capitolo generale si terrà in quel collegio, che più si stimerà convenevole alla nazione, alla quale spetterà la dignità di proposto generale nel venturo capitolo.

De duratione dignitatum.

§. 15. 14. Secondo il consueto sistema della congregazione, le cariche saranno triennali.

De definitorio provinciali.

§. 16. 15. Il proposto provinciale radunerà ciascun anno, per provvedere ai bisogni della sua provincia, il definitorio provinciale, e sarà questo composto di tutti i vocali della nazione.

De visitatione faciendâ a præposito generali.

§. 17. 16. Secondo l'antico costume il proposto generale visiterà una volta nel corso del suo governo i collegi della congregazione, ed i provinciali visiteranno nel corso medesimo due volte i collegi delle loro provincie.

De supplendis vocalibus in definitorio.

§. 18. 17. Nel caso, che venga a mancare alcuno de' soggetti componenti il definitorio, si osserverà ciò, che viene prescritto dalle costituzioni. = D. Gian Francesco Nicolai proposto generale de' Chierici Regolari Somaschi, d.

Francesco Saverio Vai cancelliere. = Ex audientia s^mi habita ab infrascripto domino sub-secretario sacre congregationis Episcoporum, et Regularium, sub die xxv. junii MDCCLXXXIV. Sanctitas Sua benigne annuit pro approbatione, expeditis literis apostolicis in forma Brevis, reformato tamen ordine nominationis provincialium in capitibus tertio, et septimo, juxta caput octavum. Romæ etc. F. X. card. de Zelada

Ph. adv. Zuccari sub-secretarius.

§. 19. Subinde vero dilecti, et filii moderni præpositus, et procurator generales exponi Nobis pariter fecerunt, quod cum contingere possit, ut ex eisdem clericis regularibus pauci existant, qui ad gerenda in eadem congregatione superiorum munera aliquibus in provinciis idonei sint: ipsi ad servandam in ipsa congregatione regularem disciplinam, summopere cupiunt, ut prædictis capitulis addatur, quod non obstantibus fel. rec. Alexandri pp. VII. prædecessoris Nostri literis in forma Brevis in contrarium statutibus, etiam exterarum provincialium clerici hujusmodi in suis provinciis, superiores ad annum titulo tamen vicariorum, non autem præpositorum, nec rectorum assumi possint.

§. 20. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, dicti exponentes, prædicta capitula, quo firmitus subsistant, et serventur exactius, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiti, ac ut infra a Nobis indulgeri summopere desiderat: Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotate existunt, ad effectum præsentium damtaxat consequendum harum serie absolutentes, et absolutas fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, attendente relatione dilecti etiam filii Philippi advocati Zuccari congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sancte Romanæ Ecclesie cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum sub-secretarii, præinserta capitula, ac omnia, et singula in eis contenta; reformato tamen ordine nominationis provincialium in capitibus tertio, et septimo, juxta caput octavum, auctoritate apostolica te-

Declaratio addenda capitulis.

Preces porrecte pro confirmatione apostolica, que conceditur cum suis declarationibus.

nore presentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adijcimus, nec non petitam facultatem eligendi etiam exterum in superiorem, ut petitur, ad eorum in muovere duraturum, eadem auctoritate concedimus, et indulgemus, ac præinsertis capitulis adjectam volumus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 21. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 22. Non obstantibus prædictis Alexandri prædecessoris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit, congregationis clericorum huiusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xiii. augusti MDCCLXXXIV. Pontificatus Nostri anno decimo.

DVIII.

Dat. Romæ
13. augusti
1784.
anno X.

Confirmatio concordie inter Sedem apostolicam et Rempublicam Venetam initæ super derivatione aquarum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Alias Nos ad dirimendas controversias, contentionesque inter dilectorum filiorum nobilium virorum ducis, et domini Venetorum subditos ex una, et dilectos filios universitates, et homines ducatus Nostri Ferrariensis ex altera partibus circa cursum aquarum, ex districtibus Venetis Tessarolo, et valle Precona nuncupatis fluentium non sine gravibus incommodis, animorumque dissentionibus vigentes per quasdam Nostras in simili forma Brevis die iii octobris anni MDCCLXXXIII. expeditas literas dilecto filio Nostro Lazaro Opitio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Pallavicini nuncupato Nostro a secretis status commisimus, ut consiliis, sententiisque cum dilecto quoque filio Andrea Memmo dictorum nobilium virorum ducis, et reipublicæ Venetorum apud Nos, et hanc sanctam Sedem oratore, a memoratis duce, et dominio ad negotium huiusmodi transigendum deputato, mutuo collatis, communicatisque ea, quæ ad penitus abolendos, arcendosque in posterum clamores, et dissentiones accomodatiora fore pro sua prudentia duxisset, constitueret, ac propterea quamcumque facultatem, et auctoritatem ad præmissa necessariam tribuimus, et impertiti sumus. Cum autem, sicut accepimus, dictus Lazarus Opitius cardinalis quamdam cum supra dicto Andrea vigore facultatum sibi, et illi a Nobis, et a duce, et dominio prædictis attributarum concordiam firmaverit, atque perfecit tenoris, qui sequitur.

Exponitur datas fuisse facultates cardinali Pallavicini; ut subortas quæstiones componeret, et que de sequuta concordia referret.

CONCORDATO

Fra
Sua Santità
PIO VI.
e la serenissima Repubblica
di Venezia
circa le acque di Tessarolo,
e di Val Precona

§. 2. La disputa insorta fra li possidenti nella Presa, o sia circondario

Tenor concordie.

di Tassarolo sotto Fiesso sudditi della serenissima Repubblica di Venezia, e gli altri possidenti nel compresorio di Gurzone stato Ferrarese sudditi pontificj, se le acque cioè di detta Presa di Tassarolo dovessero, o no scolare nel pubblico condotto, o sia canale denominato il Poazzo, che tutto esiste nello stato di Ferrara, e che serve allo scolo delle inferiori campagne di Gurzone, nel qual condotto mandavano li Tassarolesi le loro acque per mezzo di cinque tagli, come pure l'altra disputa fra li medesimi sudditi insorta sulle altre acque di Val Precona stato Veneto; se quelle cioè avessero o no a riceversi per mezzo del cavo Arienti nel canal Bentivoglio della bonificazione denominata di Stienta stato Ferrarese, e Pontificio, indussero nell'anno 1781 Sua Santità papa Pio VI., e la serenissima republica di Venezia a spedire concordemente sulla faccia dei luoghi due deputati, uno pontificio, e l'altro Veneto con due ingegneri similmente uno Veneto, e l'altro pontificio, acciò riconosciuta in unione la verità dei fatti sul preteso loro possesso diversamente asseriti dai rispettivi sudditi, rilevati altresì accertatamente li bisogni reali de' Veneti, e gl' incomodi reali de' Ferraresi colle maniere sicure da supplirvi con reciproca soddisfazione in avvenire, e riscontrata ogni altra cosa antica, e moderna, che conferir potesse allo schiarimento del vero, rassegnassero le loro relazioni colli corrispondenti disegni ai due principi deleganti, acciò potessero questi in seguito prendere quelle determinazioni, che avessero credute più convenienti a porre in tranquillità li rispettivi sudditi, ed a togliere loro in avvenire ogni occasione di disturbarla.

Essendosi pertanto dai delegati, e dagli ingegneri adempita la commissione, ed essendosi susseguentemente tenuti in Roma replicati congressi prima con sua eccellenza il signor cavalier Zulian ambasciatore di Venezia, e dopo la di lui partenza da Roma con sua eccellenza il signor ambasciatore Andrea Memmo di lui successore ammessi ambedue più volte per queste due vertenze all'udienza della Santità Sua, hanno li sovrani sopra l'una, e sopra l'altra contestualmente convenuto, come in appresso.

§. 3. I. Quanto all'acque della Presa di Tassarolo, piacendo ad ambedue li principi di prescindere affatto dal merito principale della disputa, e volendo in conferma sempre maggiore della lo-

ro reciproca amicizia, e corrispondenza terminar la contesa con un temperamento, che stabilmente porti il bene, e la quiete de' rispettivi sudditi, di unanime consenso stabiliscono, che le acque piovane di Tassarolo scolino in avvenire in Poazzo, purchè però siano regolate nella seguente maniera.

II. Uno solo sarà lo sbocco delle suddette acque in Poazzo, e questo mediante una chiavica regolatrice da costruirsi, ovo trovasi presentemente il terzo taglio dei Veneti chiamato la Piacentina.

III. Si costruirà la detta chiavica distante dall'argine sinistro del Poazzo pertiche due di misura di Rovigo in territorio Veneto, salvì però i diritti territoriali reciprocamente.

IV. L'elevazione della porta di detta chiavica si farà dalla soglia in altezza di piedi quattro, ed once sette misura suddetta a forma del profilo ora formato, e concordemente sottoscritto dai due ingegneri deputati alla visita signori Giuseppe Zaffarini ingegnere pontificio, e signor capitano Ignazio Avesani ingegnere Veneto, qual profilo, che da loro si rassegna presentemente alli principi, si conserverà per regola anche del tempo avvenire.

V. La porta da costruirsi come sopra di luce in latitudine piedi quattro, ed in altezza piedi tre, e mezzo di Rovigo sopra il pelo dell'acqua ritrovata in Poazzo in occasione della visita fatta li 16 e 17 maggio 1781, e notato allora dai suddetti due ingegneri nei loro profili, che trovansi delineati nelle rispettive mappe in grande sottoscritte dagli stessi ingegneri, e da essi già umiliate alli principi.

VI. Sarà la porta medesima composta di due partite di tavoloni una superiore, e l'altra inferiore, cosicchè con ambedue venga formata una sola porta della suddetta altezza in tutto dalla soglia di piedi quattro, ed once sette di Rovigo. La partita superiore di detta porta sarà dell'altezza di un solo piede, e la partita inferiore di piedi tre, e once sette.

VII. Due saranno le chiavi di detta porta una diversa dall'altra, e si riterranno una dal deputato Veneto, e l'altra dal pontificio, che a tal effetto si destineranno.

VIII. Dovrà la porta stessa star sempre chiusa intieramente quando sarà chiusa la chiavica di Racano, che scarica le acque del Poazzo in Pò grande; ma quella aprendosi allora dalli

sopradetti deputati si aprirà solamente l'acennata partita superiore dell'acennata porta, alta, come si disse, un piede, la qual partita superiore dovrà da loro richiudersi, e riporsi nel suo sito, subito che la chiavica di Racano si torni a chiudere.

IX. Il resto poi della detta porta, vale a dire la partita inferiore di essa dell'altezza della soglia di tre piedi, ed once sette, non si aprirà dai deputati ancorchè sia aperta la chiavica di Racano, se non quando le acque del Poazzo saranno abbassate fino a piedi quattro, ed once nove sotto l'incollata del ponticello della via nuova indicato dagl'ingegneri nei sopraccennati profili delle livellazioni, dovendo marcarsi questo punto fissato dall'incollata sulla faccia del luogo con un segnale stabile, e cospicuo; a condizione però, che abbia anche essa a richiudersi, subito che si richiuda la chiavica di Racano.

X. Averà il chiavicante di Racano l'obbligo di subito avisare li due deputati Pontificio, e Veneto tanto quando la chiavica di Racano si apre, che quando si chiude, acciò essi possino regolare a forma del presente concordato l'apertura, e chiusura della suddetta porta della nuova chiavica di Tassarolo. E mancando poi così il chiavicante di Racano, come il deputato Pontificio in qualunque modo alla dovuta esattezza, e sollecitudine, dovranno ad ogni ricerca, che se ne facesse dal reggimento di Rovigo alla legazione di Ferrara, essere irrimissibilmente puniti a proporzione della loro colpa. Lo stesso si farà in pari caso per parte Veneta verso il suo deputato.

XI. A garantirsi delle rispettive rotte, che fossero mai per accadere nello stato Veneto, come nel Pontificio, essendo intenzione de' principi, che ogni cosa anche in tal proposito venga regolata colla dovuta parità, ed uguaglianza, potranno li possidenti di Tassarolo, allorchè la loro presa fosse in pericolo di soffrire inondazioni, in caso di rotte succedute in Ferrarese, e introdotesi in Poazzo, non solo sull'acennata porta costruirne un'altra dell'altezza di piedi quattro da esser custodita dal Veneto deputato, e da tessere da lui usata, con porta nelli stessi gargami sopra la prima; ma potranno inoltre fare quelle altre operazioni, che crederanno opportune a propria difesa, dentro però il territorio Veneto, e senza offesa altrui. Vicendevolmente po-

tranno li possidenti di Gurzone per impedire l'introduzione delle acque provenienti dalle rotte Venete, che avessero inondata la presa di Tassarolo, formare a propria difesa, e sempre dentro li confini dello stato Pontificio, e senza offesa altrui tutte quelle operazioni, che crederanno capaci d'impedire l'ingresso delle dette acque in Poazzo, acciò non rimanga da esse tolta ai scoli influenti di Gurzone la loro caduta; ben inteso, che neppure in questo caso di rotte Venete introdotesi in Tassarolo sarà lecito ai possidenti di quella presa il fare i tagli per scaricare le acque loro in Poazzo. Si dichiara però, che cessate le rotte, che Dio tenga lontane, dovranno subito le cose esser rimesse nello stato di prima, come se rotte accadute mai non fossero.

XII. Si dovranno nella presa di Tassarolo aprire li fossi scolatori, la profondità dei quali dovrà essere raggugliata dalla platea della chiavica da costruirsi, facendoli profondi quanto richiede una orizzontale tirata da detta platea. La loro larghezza poi nel fondo sarà o di uno, o di due piedi secondo stabiliranno li sepranominati ingegneri a seconda dell'altezza, o bassezza dei piani. Peraltro nelle terre più alte, che per avventura non soffrissero un fondo così largo, non dovrà il fondo medesimo essere minore di sei oncie, con una scarpa però proporzionata alla qualità del terreno. L'estensione poi, e lunghezza di detti fossi scolatori conducenti le acque all'acennata chiavica di Tassarolo, calcolate anche le loro tortuosità, e traverse non sarà minore di sette miglia.

XIII. Essendo volontà concorde dei principi di dare lo scolo in Poazzo alle sole acque piovane della presa di Tassarolo, perciò non potranno mai negli accennati fossi scolatori introdursi altre acque fuori di queste, ed introducendosi altre acque anche in piccola quantità, che sieno fuori della presa di Tassarolo, non dovrà mai il deputato Pontificio prestarsi ad aprire la porta della nuova chiavica Tassarolese, nè nella partita superiore, nè nella inferiore, ancorchè aperta sia la chiavica di Racano, e sarà tenuto esporne il disordine alla pubblica rappresentanza di Ferrara, acciò ne procuri nelle maniere convenienti il rimedio.

XIV. Invigileranno all'escavazione dei fossi scolatori, ed alla costruzione della nuova chiavica nella maniera sud-

divisata il suddetto signor capitano Ignazio Avesani ingegnere Veneto, ed il suddetto signor Giuseppe Zaffarini ingegnere Pontificio, e dovrà l'una, e l'altra opera incominciarsi subito a tutte spese dei possidenti di Tessarolo, a carico de' quali rimarrà anche nei futuri tempi la spesa necessaria per il mantenimento dei detti fossi da essere di tre in tre anni ridotti avanti la fine di aprile nella profondità, e larghezza, che saranno fissate nella prima loro formazione, come pure alle spese del mantenimento della suddetta nuova chiavica.

XV. Subito che sarà compito il lavoro dei fossi e della chiavica suddetta, dovranno immediatamente chiudersi col'assistenza dei suddetti due ingegneri tanto nello stato Pontificio, che nello stato Veneto tutti quelli tagli fatti anche nella pubblica strada Veneta, per li quali ora si mandano le acque di Tessarolo in Poazzo, nè si potranno o essi, o altri tagli aprire mai più nè ivi, nè in altri luoghi. Peraltro le gole Venete della detta presa di Tessarolo dovranno avere il loro scolo in Poazzo collo sbocco dei rispettivi fossi nella maniera da destinarglisi sul luogo dai soprannominati due ingegneri.

XVI. Le acque della vicina presa, ossia comprensorio delle saline, non potranno mai introdursi neppure in piccola quantità in Poazzo, ma dovranno tutte andare per il loro particolare condotto delle saline, che è nello stato Veneto.

XVII. Acciò li fossi scolatori della presa di Tessarolo si mantenghino sempre come si è detto di sopra nella convenuta profondità, e larghezza, estensione, e pulizia, come pure acciò quella nuova chiavica si mantenga nello stato di sopra fissato, e non succeda veruna variazione in alcuna altra delle cose stabilite, sarà cura dei suddetti due ingegneri deputati di fare una relazione concordata da ambedue sottoscritta di tutto ciò che avranno operato in seguito della presente concordia, e di esibirla alli rispettivi principi per regola delle future visite.

XVIII. Ogni tre anni dopo la detta esecuzione nel mese di maggio dovrà farsi in Tessarolo la visita di detti fossi, e chiavica da due ingegneri da destinarsi uno Pontificio, e l'altro Veneto, li quali rincontrato sul luogo lo stato dei suddetti fossi, e della nuova chiavica, come anche li lavori occorrenti per essi, ed ogn'altra cosa riguardante il presente concordato, ne formeranno

in iscritto la relazione, e la passeranno ai rispettivi governi.

XIX. Nella stessa guisa, ed occasione si farà dagli accennati due ingegneri ogni tre anni la visita del Poazzo, e della chiavica di Racano, e degli sbocchi di Gurzone, notando tutti li difetti, che aver potessero relazione al concordato presente per la immancabile loro riparazione, facendone la relazione come sopra, acciò in seguito di queste visite triennali, l'uno, e l'altro governo ordini, e faccia eseguire dalla sua parte li spurghi, e lavori, che dagl'ingegneri suddetti saranno creduti non men necessarij, che utili; ben inteso, che alli lavori nello stato Pontificio incomherà secondo il solito la congregazione de' lavorieri di Ferrara. Nei casi poi straordinarij si potrà fare una simil visita più spesso dei tre anni coll' intelligenza dei due governi tanto dalla parte della possidenza Pontificia, quanto dalla possidenza Veneta.

XX. Alle spese occorrenti per gli sgarbamenti, ed escavazione del Poazzo, per il risarcimento della chiavica di Racano, e per il salario di quel chiavicante, dovranno li possidenti di Tessarolo concorrere a proporzione della loro possidenza secondo li riparti, che la legazione di Ferrara comunicerà al nobile uomo il rappresentante di Rovigo, a cui spetterà il farli osservare nel Veneto, nè saranno mai li campi di Tessarolo aggravati più di quello, che lo sono i campi di Gurzone della stessa qualità, e natura.

XXI. Anche sull'altra vertenza delle acque di Val Precona piace alli principi di prescindere affatto dai meriti della disputa, e di abbracciare un espediente di reciproca soddisfazione, e che non sia di discapito alli rispettivi loro sudditi: si conviene quindi, che le acque di Val Precona s' introduchino in avvenire nei canali della bonificazione di Stienta, ma nella maniera, e colle condizioni seguenti.

XXII. Che l'introduzione di esse acque duri solo, fino a che il canal Bianco, in cui quelle andar dovrebbero, come già una volta andavano, venga restituito alla sua antica attività per riceverle.

XXIII. Che per introdurvele intanto con metodo, abbia a costruirsi a tutte spese dagl'interessati di Val Precona una chiavica regolatrice dello scolo sul cavo Arienti da collocarsi dai due ingegneri Veneto, e Pontificio, Avesani, e Zaffarini nel punto dell'unione dei

due arginelli Ferraresi, che circondano Val Precona, e da demolirsi quando le acque di Val Precona torneranno a correre nel canal Bianco.

XXIV. Sarà la luce di detta chiavica di piedi tre di Rovigo. La soglia poi si porrà a livello del fondo presente del cavo Arienti coi suoi muri laterali, gargami, e porta rispettivamente alti sopra detta soglia quanto fu precisamente fissato dai detti due ingegneri nella loro relazione, e disegno in data dei tredici marzo mille settecento ottantaquattro, e contrassegnata ancora dagli stessi sul luogo.

XXV. Avrà la porta della detta chiavica due serrature, e due chiavi diverse, una da rimanere in mani del deputato Veneto, e l'altra del deputato Pontificio ambedue da destinarsi. E siccome la porta suddetta deve restare oncie cinque di Rovigo più bassa dei muri, e gargami laterali, così sarà sempre libero a quelli di Val Precona il soprapporre, occorrendo, ad essa porta una sopraporta, e rimuoverla ad intiero loro piacimento.

XXVI. Non dovrà l'accennata chiavica mai aprirsi, se non sarà stata prima aperta la chiavica maestra di Occhiobello al Po grande: subito poi, che si richiude la detta chiavica maestra, dovrà tornarsi a chiudere anche l'altra di Val Precona. Resta inoltre stabilito, che li torrenti Baccelli non debbano scorrere come in passato, in detta valle, ma debbano dirigersi per l'avvenire colle acque dei contigui campi negli scoli del circondario della bonificazione per essere in essa compresi, con corrispondere però a quella tutte le contribuzioni occorrenti.

XXVII. Al chiavicante di Occhiobello resterà addossato l'obbligo di avvisar subito li due deputati Pontificio, e Veneto, quando la chiavica di Occhiobello si apre, come pure quando si chiude, acciò essi possano coerentemente regolare la chiusura, ed apertura della detta nuova chiavica di Val Precona.

XXVIII. Non avranno mai da introdursi per questa nuova chiavica nei canali della bonificazione altre acque, che quelle di Val Precona, ed introducendovisi, sarà della pubblica rappresentanza di Ferrara il procurarne il rimedio colle convenienti intelligenze col nobil uomo rappresentante di Rovigo.

XXIX. Sarà permesso ai Ferraresi di rialzare, e rinforzare ogni volta, che vorranno li loro arginelli circondanti

Val Precona, e non dovrà mai esser lecito agli affittuari, o altri inservienti di detta valle per qualunque causa anche di somma escrescenza di acqua il far tagli, o altre innovazioni in detti arginelli e facendosi oltre il danno, che dovranno rifare ai Ferraresi, saranno li delinquenti castigati a misura del loro reato.

XXX. A carico degl'interessati, o affittuarj di Val Precona sarà il mantenere risarcita la nuova chiavica al cavo Arienti, e di più avranno essi il peso di concorrere in proporzione della loro possidenza a tutte le spese annuali di sgarbamenti, escavazione di canali maestri, risarcimenti della chiavica di Occhiobello, salario del chiavicante, ed altro, che possa contribuire a mantenere in buono stato gli scoli principali della detta bonificazione, secondo li rapporti, che dalla legazione di Ferrara si comunicheranno al nobil uomo rappresentante di Rovigo, a cui incomberà il farli osservare nel Veneto, nè saranno mai li campi di Val Precona aggravati più degli altri campi della bonificazione suddetta della medesima qualità, e natura.

XXXI. Li due ingegneri Avesani, e Zaffarini rassegnarono la relazione dell'esecuzione ai principi, e poi si farà ogni tre anni, durante l'introduzione suddetta delle acque di Val Precona in bonificazione, la visita di ambedue li comprensori dai due ingegneri uno Veneto, e l'altro Pontificio da destinarsi per riconoscere, e riferire ai rispettivi governi il bisogno dei lavori occorrenti, acciò l'uno, e l'altro li ordini, e li faccia eseguire dalla sua parte; ben' inteso, che ai lavori nello stato Pontificio incomberà secondo il solito la congregazione degl'interessati di Stienta. Nei casi però straordinarj si potrà fare una simile visita più spesso coll'intelligenza dei due governi tanto dalla parte della possidenza Pontificia, che della possidenza Veneta.

XXXII. Siccome poi nella transazione fatta fra la serenissima Republica di Venezia, ed il duca di Ferrara Alfonso II. li otto febbrajo mille cinquecento sessantanove; che in principio di questa disputa fu reclamata al santo Padre dalla Republica stessa nella memoria esibitagli dal signor ambasciatore li trenta marzo mille settecento ottanta, e di cui ne hanno avuta ragione ambedue li deputati nelle loro relazioni, fu convenuto, che le campagne Ferraresi potessero scolare le loro acque per

la chiavica dell'argine di s. Donato nel canal Bianco; perciò restituendosi il medesimo canal Bianco alla sua primiera attività, non solo dovranno scorrere colà le acque di Val Precona; ma dovranno anche le campagne Ferraresi comprese nella detta transazione ripristinarsi nel loro diritto di portare colà le proprie acque in quei modi, e con quelle condizioni, che furono prescritte nella transazione medesima, e contribuendo di più a proporzione del proprio interesse, quello stesso, che si sarà contribuito, e si contribuirà per parte Veneta al medesimo oggetto.

XXXIII. A perpetua solidità del concordato stabilito dai principi sopra ambedue le controversie degli scoli di Tassarolo, e di Val Precona, ed a reciproca quiete de' rispettivi sudditi si conviene, che qualunque carta, o documento riguardante l'una, e l'altra disputa, che si scoprisse posteriormente non abbia da attendersi in conto alcuno; nè per ravvivarle, nè per recedere da ciò, che si è ora stabilito.

XXXIV. Si dichiara, che tutte le espressioni di territorio, e di stato, che si contengono nella presente convenzione non potranno recar mai alcuno immaginabile pregiudizio alle reciproche ragioni territoriali dei sovrani contraenti, le quali anzi resteranno sempre salve, ed intatte, finchè piaccia ad essi di stabilire li confini de' rispettivi dominj, ove la linea non fosse già legittimamente stabilita.

XXXV. Impegheranno li principi la loro parola, ed accorderanno la suprema loro autorità, perchè il presente concordato venga in tutte le sue parti dai proprj sudditi osservato. Di questo concordato poi dovranno cambiarsi le reciproche ratifiche di Sua Santità, e della Repubblica serenissima nel termine di mesi due, e più presto se sia possibile.

§. 4. Ed in fede di tutto ciò, che si è come sopra stabilito, noi infra scritti muniti delle plenipotenze rispettive di Sua Santità Papa Pio VI., e della serenissima Repubblica di Venezia, le quali ora reciprocamente si cambiano, e si consegnano, abbiamo sottoscritta la presente convenzione, e l'abbiamo sigillata col proprio nostro sigillo in due distinti originali, acciò ognuno dei due principi ne abbia uno: dichiarando di essersi anche reciprocamente fra noi cambiate, ed a perpetua sicurezza della loro identità sottoscritte, e sigillate come sopra tanto le rispettive relazioni documentate della

visita locale fatta in scritto da ciascuno dei due deputati Pontificio, e Veneto signor avvocato Settimio Cedri, e signor marchese Giuseppe Maria Manfredini colle mappe in grande separatamente allora formate dai due ingegneri Pontificio, e Veneto, Zaffarini, e Avesani; quanto il profilo delli piani di Tassarolo coll'altezza della chiavica da collocarvisi concordemente fatto, e sottoscritto in Roma li ventisei maggio dello scorso anno mille settecento ottantatre dalli medesimi due ingegneri a dimostrazione di ciò, che si è stabilito nell'articolo IV., e quanto anche la concorde relazione, e disegno dei piani, e chiavica di Val Precona parimente segnati dagli accennati due ingegneri in Ferrara li 13 marzo mille settecento ottantaquattro, che richiamansi nell'articolo XXIV. del presente concordato. In Roma questo di ventiquattro aprile mille settecento ottantaquattro.

Lazzaro card. Pallavicini segretario di stato di Nostro Signore Papa Pio VI.

Loco sigilli.

Andrea Memmo ambasciatore in virtù della plenipotenza della serenissima Repubblica.

Loco sigilli.

Pius PP. VI.

§. 5. Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem. Pro paterna illa, qua dilectos filios nobiles viros ducem, et rempublicam Venetorum semper complexi fuimus, et adhuc complectimur charitate, quamcumque patrem inter, et filios exortam dissensionem componi, seu potius quamvis illius imaginem, sive umbram tolli penitus, et dissipari cupientes motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine te, de cuius fide, prudentia, integritate, et in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus ad amicabilem tractatum proponendum, ac debito fine concludendas cum dilecto filio Andrea Memmo ditorum nobilium virorum ducis, et reipublicæ Venetorum apud Nos, et hanc sanctam Sedem oratore omnes controversias de, et super derivatione, et cursu tum aquarum loci della presa, seu districtus Tassaroli Veneti, padum Pontificium Ferrariense versus, seu Poazzo pontificio Ferrarese, tum etiam aquarum alterius loci in vocabulo della Veneta Valle Precona territorium ver-

Plenipotentiis
sua Sanctitatis

sus Ferrariense di Stienta exortas in Nostrum, et dictæ Sedis plenipotentiarium tenore præsentium nominamus constituimus, et deputamus, tibi que ut Nostro, et dictæ Sedis nomine una cum memorato Andrea super controversiis hujusmodi agere, tractare, et concludere, ac conditiones, et pacta subinde conventa subscribere, et firmare libere, ac licite possis, et valeas plenam, et amplam facultatem harum serie tribuimus, et impertimur. Decernentes validum, et efficax fore quidquid earumdem vigore præsentium tu egeris, tractaveris, et concluderis, id omne quantum in Nobis est, acceptum, gratum, firmumque, ac ratum habere, nec non observare, complere, et exequi in verbo Romani pontificis promittentes. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia octobris millesimo septingentesimo octuagesimo tertio. Pontificatus Nostri anno nono.

Innoc. cardinal De Comitibus

Loco ✕ sigilli.

Dilecto filio Nostro Lazaro Opizio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Pallavicini nuncupato.

Paulus Rainerius Dei gratia dux Venetiarum etc.

§. 6. Præsentium tenore notum, testatumque facimus, quod studio amabiliter componendæ cujuscumque controversiæ inter sanctam Sedem, nostramque Rempublicam aliquot ab hinc annis subinde exortæ circa cursum aquarum ex districtibus Venetis Tessarolo; et Valle Precona nuncupatis fluentium, placuit senatui nostro huic peragendo, conficiendoque muneri dilectissimum nobilem virum Andream Memmo ordinarium nostrum apud sanctam Sedem legatum, de cujus probata fide, spectataque prudentia, et in negotiis rite administrandis experientia merito Respublica nostra confidit eligere, eumque vigore præsentium constituere commissarium nostrum, plenaque facultate munire, ad hoc ut cum pari facultate constituto etiam commissario illustrissimo et reverendissimo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Lazaro Opizio Pallavicini a secretis beatissimi patris Pii Sexti collatis amabilibus conciliis tractare, et convenire, et quæ visa fuerint subscribere, et signare possit, et valeat; idque libere, ac si nos ipsi senatus consulto ea omnia perageremus, et signaremus quo fieri postest arctiori modo spondentes, quod quæcumque antefa-

tus commissarius noster tradita sibi facultate ita egerit, concluderit, subscripserit, et signaverit, rata quoque senatus auctoritate habituri simus, rati habitionum tabulas intra conveniens tempus expedituri. In quorum fidem, roburque præsentibus nostras plenæ potestatis tabulas more solito conscriptas, atque subscriptas sigilli sancti Marci appensione roborari fecimus. Datum in nostro ducali palatio die septima septembris ind. prima millesimo septingentesimo octuagesimo tertio.

Gio. Pietro Legrenzi segretario

Loco ✕ Plumbi

§. 7. Hinc est quod Nos prævio deliberationis Nostræ consilio præinsertam concordiam a dictis Lazaro Opitio cardinali ex una, et Andrea ex altera partibus vigore facultatum illis, sicut præmittitur, attributarum initam cum omnibus, et singulis pactis et conditionibus in ea contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, ac ratam, firmamque habemus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac pro pactorum, conventionumque hujusmodi observatione, et adimplemento Nos, Romanosque pontifices successores Nostros, ac sedem, et cameram apostolicam in forma juris valida obligamus.

§. 8. Decernentes ipsas præsentibus literas nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut alio quocumque, quantumvis magno, et inexcogitato defectu notari, et impugnari posse, sed eas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortire, et obtinere, ac inviolabiliter servari debere. Non obstantibus quibusvis apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac quatenus opus sit Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, cæterisque contrariis quibuscumque. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus, et derogatum esse volumus. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia augusti millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

Confirmatio
apostolica.

Clausula sub-
lati, et decre-
tum irritans,

Plenipotencia
ducis Venetia-
rum.

DIX.

Del. Romæ
51. augusti
1784.
anno X.

Confirmatio septem decretorum ad relationem a secretis congregationis rebus consistorialibus præpositæ, ac erectionis septem commendarum abbatialium ex totidem monachorum monasteriis in regno Poloniæ et magno Lithuanicæ ducatu.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Præmissa.

§. 1. **U**niversa honorum Ecclesiæ administratio supremi apostolatus officio divinitus Nobis credito, inseparabiliter inhærens interdum efflagitat, ut rationabilibus causis idipsum suadentibus sedulo perpensis nonnulla circa illorum usum pro temporum vicissitudine quemadmodum christianæ reipublicæ utilitati consentaneum esse in Domino conspicimus, immutentur.

Providentiæ
ad rem captæ
a Clemente
XII. memo-
riatur.

§. 2. Alias quidem Clemens pp. XII. Noster felicitis recordationis prædecessor ad componendas jamdiu in Poloniæ regno, et magno Lithuanicæ ducatu vigentes controversias super his monasteriis abbatibus nuncupatis, quorum temporalia bona monachorum inibi regularem vitam profitentium congruam longe excedebant sustentationem, pluribus præmissis inspectionibus, quemdam tractatum quoad tredecim ex iis monasteriis in eodem regno, et ducatu sitis per tunc existentem ipsius Clementis prædecessoris, et apostolicæ Sedis nuntium conclusum apostolica ejus auctoritate per suas literas datas apud Sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigesimo septimo, idibus septembris, pontificatus sui anno octavo ita probavit, ut exinde divisa fuerit mensa eorundem monasteriorum, et assignata parte pro abbate regulari, et monachis, reliqua pars per concessionem commendæ apostolica auctoritate quemadmodum in promotionibus ad Ecclesias episcopales eorundem regni et ducatus servatur personæ ecclesiasticæ non regulari, et de clero, ut dicitur, sæculari tribui posset, firmo tamen, atque integro servato primævo jure monachorum super libera abbatum, et superiorum claustralium electione in quolibet ex illis monasteriis, aliaque statuit, quæ ad mutuam inter futuros abbates commendatarios, nec

non abbates quoque claustrales, et monachos concordiam, et tranquillitatem maxime profutura videbantur, prout in eisdem ipsius Clementis prædecessoris literis plenissime exprimitur, et continetur.

§. 3. Verum sicut accepimus, cum in illis partibus sacerdotia, ut plurimum, desint, quæ ecclesiasticis personis e procerum genere ad publica munera delectis, ingentibusque sumptibus pro religionis catholicæ, et ecclesiæ communi bono obnoxiiis deferri valeant, ideo nomine carissimi in Christo filii Nostri Stanislai Augusti Poloniæ regis illustris, cujus perspectam habemus summam fidei integritatem, et in sanctam apostolicam Sedem filialem observantiam per dilectum filium Thomam marchionem Antici, ejus, ac Poloniæ reipublicæ apud Nos, et eandem Sedem plenipotentiarium ministrum, ut ampliores in cleri sæcularis profectum ecclesiasticos redditus designaremus, Nobis humiliter fait supplicatum.

Precis porrectis pro assequenda ampliatione reddituum assignandorum personis ecclesiasticis ad publica subeunda munera delectis.

§. 4. Ad ejusdem autem Stanislai Augusti regis adeo de catholica religione benemeriti obsecundandum votis, venerabili fratri Nostro Joanne Andree archiepiscopo Calcedonensi Nostro, et apostolicæ Sedis in regno Poloniæ nuntio dedimus in mandatis, ut ipse auctoritate Nostra statum temporalium bonorum ad aliqua ex monasteriis monachorum in eo regno, et ducatu pertinentium satis agnita sua prudentia inquireret, et publicis, authenticisque documentis muniret. Quo peracto ex bonis ipsis, eorumque fructibus, redditibus, et proventibus congruam singulorum monasteriorum mensam claustralem ad abbatum regularium, et monachorum alimoniam, et onerum quorumcumque adimplementum, ac præcipue ad divinum cultum promovendum satis superque sufficientem juxta methodum in præmissis tractatu de anno Domini MDCCXXXVII. inito servatam etiam in cæteris omnibus servandam perpetuo constitueret. Superextantia vero bona ab ipsa mensa penitus, et omnino secerneret, eorumque dispositionem Nobis, et apostolicæ Sedi reservatam declararet, ad hoc, ut de illis cum ejusdem Stanislai Augusti regis consensu disponeremus.

Pontifex com-
misit nuntio
regni Poloniæ
ut aliqua bona
a monasteriis
segregaret pro
sua prudentia.

§. 5. In hujusce itaque commissionis executionem cum ab ipso Joanne Andree archiepiscopo, et nuntio status bonorum septem monasteriorum, unius videlicet Landensis Gnesnensis diocesis,

Nuntius apostolicus sibi commissio muneri satisfecit.

ac alius Bledzoviensis Posnaniensis diœcesis, ac alius Præmetensis etiam Posnaniensis diœcesis, ac alius Copriunicensis Cracoviensis diœcesis, ac alius Obrensis pariter Posnaniensis diœcesis, quæ ut etiam accepimus, ex ordine sunt Cisterciensium: nec non alius Sieciechowiensis dictæ Cracoviensis diœcesis, ac reliqui sanctæ Crucis in Calvo monte pariter Cracoviensis diœcesis amborum ex ordine sancti Benedicti fuerit, servatis servandis, descriptus, et constitutus, atque ipse subinde ex bonis cuiuslibet monasterii ea parte, quæ claustrali abbati, et monachis assignanda foret in primis statuta, et præfinita segregaverit, reliqua eorundem septem monasteriorum bona totidem commendatariis abbatibus, ut infra, imperienda, omniumque ab eo gestorum publica ediderit instrumenta, quorum exempla in authentica forma ad urbem transmisit: Nobis propterea datum est, ut optatum huic negotio finem imponeremus.

§. 6. Nos igitur postquam singula ab ipso Joanne Andrea archiepiscopo, et nuntio peracta, et edita instrumenta dilecto etiam filio magistro Petro Mariæ Nigrono congregationis rebus consistorialibus præpositæ a secretis expendenda tradidimus, ejusque accepimus relationem, septemque decretis inter acta ejusdem congregationis relatis, in quibus divisiones honorum sigillatim enunciantur, animi Nostri sensus aperuimus, ipsius Stanislai Augusti regis spectabilibus votis quam libenter annuentes, utque cætus nobilium ecclesiasticorum in tuenda fidei catholice integritate, et in apostolicam Sedem observantia benemereri pergat, ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine decreta ipsa, et in eis contenta, et relata instrumenta perinde ac si integer eorum tenor de verbo ad verbum præsentibus Nostris literis insertus foret, ipsarum tenore præsentium ita in perpetuum confirmamus, et approbamus, illisque singulis apostolicæ, supremæque Nostræ auctoritatis robor adicimus, ut septem abbatiales commendas unam videlicet Landensem Gnesnensis diœcesis, et aliam Bledzoviensem, et aliam Præmetensem etiam Posnaniensis diœcesis, et aliam Copriunicensem Cracoviensis diœcesis, ac aliam Obrensem pariter Posnaniensis diœcesis, nec non aliam Sieciechowiensem dictæ Cracoviensis diœcesis, ac reliquam sanctæ Crucis in Calvo monte pariter Craco-

viensis diœcesis pro totidem presbyteris, seu clericis ad illas a Nobis, et Romano pontifice pro tempore existente ad supplicationem ipsius Stanislai Augusti regis, ejusque in eodem regno successorum juxta literas felicis etiam recordationis Clementis pp. VII. prædecessoris pariter Nostri quoad ecclesias episcopales illius regni, et ducatus editas promovendis pari auctoritate etiam perpetuo ex nunc erigimus, et instituimus, suspensio tamen erectionis, et institutionis hujusmodi effectu quoad quinque ex iisdem monasteriis quousque illa per cessum, vel decessum abbatum regularium ea monasteria modo obtinentium, vacaverint. Porro singulis septem a Nobis, ut præfertur, erectis abbatialibus commendis ex nunc prout ex tunc, et statim ac eadem monasteria, illorumque singula vacare contigerit, omnia, et singula respective bona, jura, et actiones, illorumque fructus, redditus, et proventus ab eodem Joanne Andrea archiepiscopo, et nuntio eisdem abbatialibus commendis in singulis enunciatis instrumentis assignata, et præfinita. Ita quod futuris commendatariis abbatibus ad commendas ipsas, modo, et forma præmissis, promovendis liceat singularum commendarum in ecclesia prout altarum similium commendarum moris est, et honorum respective assignatorum veram, realem, et actualem possessionem per se, vel alios libere apprehendere, et apprehensam ad eorum respective vitam retinere. Illorumque fructus, redditus, et proventus in ipsorum decorem, usum, et utilitatem respective convertere ipsarum tenore præsentium perpetuo quoque applicamus, et appropriamus.

§. 7. Quoniam vero ex relatione ejusdem Joannis Andreæ archiepiscopi, et nuntii compertum habuimus fructus annuos monasterii Obrensis dictæ Posnaniensis diœcesis præmissæ divisionis causa impares futuros censerî ad congruam abbatibus regularis substantiationem, ac proinde abbatialis a claustrali mensa separari non possit, ideo ad ipsius Stanislai Augusti regis supplicationem harum quoque Nostrarum literarum vi statuimus, et sancimus, ut illius monasterii quovis modo occurrente vacatione deinceps non quemadmodum in aliis monasteriis a monachis novus regularis abbas eligatur, sed juxta aliud decretum Nostrum die xxi januarii currentis anni editum illius loco eligatur claustralis prior, qui postquam confirmatus fuerit a pro tempore existente

Omnia a nuntio peracta apostolica auctoritate confirmantur.

Declarationes speciales.

vicario visitatore generali ordinis Cisterciensis in Polonia, ut retroactis temporibus in quibusdam monasteriis ejusdem regni, ut accepimus actum fuit, curæ, et regimini illius monasterii prærit. Cæterum eadem monasteria, eorumque abbatiales commendas, ut præfertur, erectas in libris cameræ Nostræ apostolicæ describi, et in nova reparatione juxta redditus proportionabiliter in eisdem libris taxari volumus, et mandamus.

Clauſulæ salutares.

§. 7. Præsentem autem literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quilibet, et præcipue abbates, et monachi eorundem monasteriorum, alique in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes ad hæc vocati, aut sufficienter auditi non fuerint, seu præmissis non consenserint, aut ex quibusvis aliis causis, vel prætextibus, seu ex quo solemnitates, et formæ a jure in similibus præscriptæ minime servatæ fuerint, neque modo servandæ præscribantur de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu notari, aut impugnari, seu elias infringi, vel quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus sive generalibus, sive specialibus etiam motu Nostro proprio, ac simili scientia, et præmissa potestatis plenitudine, pariterque consistorialiter, vel alias quomodocumque, et quibusvis de causis etiam pro tempore factis, et faciendis minime comprehendere, sed semper ab illis exceptas esse, et fore, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, et de novo concessas, semperque, et perpetuo validas, firmas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum perpetuo, et inviolabiliter observari, ac futuris pro tempore existentibus eorundem monasteriorum abbatibus commendatariis, quorum favorem præsentem Nostræ literæ concernunt perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere, eosdemque super præmissis omnibus, et singulis, vel eorum aliquo etiam causa privilegiorum dictis ordinibus, vel monasteriis

ipsis apostolica auctoritate quomodolibet concessorum, quomodolibet molestari, perturbari, inquietari, vel impediri, neque ad probationem, seu verificationem quorumcumque in eisdem præsentibus narratorum nullatenus unquam teneri, nec ad id in judicio, vel extra illud cogi, seu compelli posse.

§. 8. Sicque in præmissis ab omnibus censeri, ac ita per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate, et potestate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, ac pro tempore existentes Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet qualibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiiri debere, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, harum serie irritum, et inane decernimus, et declaramus.

Decretum irritans.

§. 9. Non obstantibus quatenus opus sit, Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, sive de jure quæsito non tollendo, et de dismembrationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, et de exprimendo in similibus veris annuis valoribus fructuum tam illorum, qui dismembrantur, quam reliquorum: nec non Pii papæ IV. de gratis interesse cameræ apostolicæ quomodolibet concernentibus in eadem camera registrandis, et insinuandis, aliisque apostolicis quorumcumque Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum favore tam sancti Benedicti, quam Cisterciensis ordinum etiam in provincialibus, generalibusque conciliis editis specialibus constitutionibus, et ordinationibus, eorundem ordinum, et monasteriorum privilegiis, indultis, et literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, et decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, ac iteratis vicibus concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et for-

Derogatio contrariorum.

ma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, et plenariæ executionis præmissorum omnium, et singulorum hac vice dumtaxat, harum quoque serie specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 10. Volumus demum, ut præsentium literarum Nostrarum transumptis etiam impressis, caractere alicujus notarii publici subscriptis, et episcoporum eorundem regni, et ducatus sigillis munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si originaliter exhibitæ forent, vel ostensæ.

Sanctio posnaniensis.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, approbationis, roboris, adjectionis, erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, statuti, sanctionis, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pridie kalendas septembris, pontificatus Nostri anno decimo.



DX.

Dat. Romæ
3. septembris
1784.
Anno X.

Monasterio Obrensi ordinis Cisterciensis diœcesis Posnaniensis uniuntur, et incorporantur tres parochiales ecclesiæ.

Venerabili fratri Ferdinando archiepiscopo Theodosiensi Nostro, et apostolicæ Sedis apud carissimum in Christo filium Stanislaum Augustum Poloniae regem illustrem nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater

Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **J**ustis petentium desideriis dignum est Nos facilem præbere consensum, et vota, quæ a rationis tramite non discordant, effectu consequente complere. Cum itaque dilecti filii monachi, et abbas claustralis monasterii Obrensis ordinis Cisterciensis Posnaniensis diœcesis exponi Nobis nuper fecerint, quod alias per decretum die vicesima secunda mensis martii anni MDCCCLXI, ab episcopo tunc existente Posnaniensi signatum, parochiales ecclesiæ Obrensis, Sudlicensis, Neukrawscensis ejusdem diœcesis monasterio Obrensi prædicto fuerunt annexæ, unitæ et incorporatæ, quodque etiam venerabilis frater Andreas Stanislaus modernus episcopus Posnaniensis per aliud itidem decretum diei octavæ juliæ anni MDCCCLXXXI. dictam unionem, ac prædictarum parochialium ecclesiarum possessionem confirmavit, ac approbavit. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ut unio, et possessio hujusmodi firmiter subsistat, ac servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt dicti exponentes, ut sibi in præmissis indulgere, ac de benignitate apostolica ut infra providere dignaremur.

Ratio concessionis exponitur.

§. 2. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, huius tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porre-

Tenor concessionis, cujus executio apostolico commissario committitur.

etis inclinati, fraternitati tuæ, de cælis prudentia, fide, religione, ac in rerum gerendarum dexteritate plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, præfatam unionem, ac possessionem dictarum parochialium ecclesiarum Obrensis, Sudlicensis, et Neukrawscensis Posnaniensis diœcesis auctoritate Nostra apostolica approbes, et confirmes, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicias, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui hisce desuper intervenerint, suppleas, et saues.

Clausula sublata, et decretum irritum.

§. 3. Decernentes has præsentem litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictæ diœcesis, ac monasterii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia septembris millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

DXI.

Dat. Romæ
28. septembris
1784
anno X.

Reintegratio terræ Trebii Spoletanæ diœcesis ad honores civitatis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **A**postolicæ Sedis majestati Proemium. convenit temporalis suæ ditionis terras, quæ licet olim percelebres extiterint, ac temporis progressu suo splendore exciderint, iterum tamen ad primævum quodammodo statum, ac illarum formam, et civium frequentiam sunt restitutæ, adeo inter cæteras ecclesiasticæ ditionis terras præcellant, in sua antiqua jura reintegrare, ac illustribus titulis, et prærogativis condecorari.

§. 2. Siquidem nomine dilectorum filiorum communitatis, et hominum terræ Trebii Spoletanæ diœcesis exponi Nobis nuper fecerunt dilecti etiam filii Camillus ex comitibus Rivisicci, et Joannes Baptista comes de Valentibus, quod terra præfata anteactis temporibus non solum ob ipsius amplitudinem, et decorem, suorumque civium conditionem civitatis nomen meruit, ut vetustiores historici testantur, sed etiam honoribus, et prærogativis est gavisâ, ac cathedræ pontificalis gloria claruit; constat quippe Æmilianum episcopum exeunte tertio sæculo palmam martyrii esse consecutum; aliosque Trebianos antistites sæpe Romanis, aliisque conciliis subscripsisse. Cum tamen ob rerum humanarum vicissitudines, ac barbaris Italiæ incumbentibus solo pene fuerit æquata, nedum civitatis nomen, et prærogativas, sed etiam non diu post honorem, et gloriam cathedralis ecclesiæ amisit.

Memoratur terram antiquitus civitatis nomen obtinuisse.

§. 3. At postmodum cum ex suorum civium industria, ac solertia, et nova ædificia fuerint constructa, et antiqua reparata, et alia aliis adjecta, ita ut tum civium frequentia, familiarum, ac virorum illustrium domi, forisque fama, ac copia, inter quos non pauci ecclesiarum præsules, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales enumerantur, tum etiam ædificiorum elegantia, ecclesiarum, cœnobiolorum, aliorumque piorum locorum numero, ipsaque spatiosi agri ubertate super plurimas pontificiæ ditionis Nostræ terras longe excellat, digna omnino videtur, ut pro terræ hujusmodi, nec non illius, ac sui territorii incolarum honore terram præ-

Præsentis illius florentissimus status laudatur.

fatam antiquo civitatis nomine condecoretur, seu potius ei nomen hujusmodi restituatur, et reintegretur, prout dicti exponentes nomine suorum concivium condecorari, sive potius restitui, atque reintegrari summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, ac ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes, aliosque concives prædictos specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, atque etiam motu proprio, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine terram Trebii veteri episcopali jamdudum dignitate ornatam, tituloque præstantis civitatis etiam ditatam in primævum, et pristinum civitatis honorem cum omnibus, et singulis privilegiis, indulgiis, facultatibus, præeminentiis, gratis, et immunitatibus suis restituimus, et in antiquum statum, et denominationem civitatis reponimus, et plenarie reintegramus, ac quatenus opus sit, terram Trebii præfatam in civitatem perpetuo erigimus, instituimus, et confirmamus, eique civitatis titulum, ac denominationem cum omnibus honoribus, juribus, prærogativis, ac decorationibus, quæ cæteris omnibus ditionis Nostræ pontificiæ civitatibus competere dignoscuntur, nec non magistratui ejusdem terræ in civitatem, ut præmittitur, erectæ consuetis honoribus, et insigniis, quibus aliarum ejusdem ditionis civitatum magistratus de jure, usu, et consuetudine gaudere, seu uti possunt, pariformiter, ac pari modo, et absque ulla differentia gaudere, potiri, et uti concedimus pariter, et impertimur, ac ejusdem terræ incolas, et habitatores civium nomine decoramus; ita tamen ut pro tempore existens episcopus Spoletanus in dicta terra per Nos in civitatem, ut præfertur, erecta, residere minime teneatur, sed illa ecclesiæ Spoletanæ ut antea subjecta remaneat, ac ex honore hujusmodi etiam in gubernium temporale nulla inducatur innovatio.

Bull. Rom. Tom. VII.

§. 5. Decernentes has præsentibus literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis, jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ propter quas præsentibus emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quantumvis justa, legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, enormissimæ, ac totalis læsionis ullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, ac incogitato, et inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra uti, seu se juvare posse; sed ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et in futurum quomodolibet spectabit, plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerarium, et alios cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit dictæ terræ, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgiis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expres-

Clausulæ salutare, et irritantes.

Derogatio contrarium.

Reintegratur ad titulum civitatis cum suis privilegiis

sa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xxviii septembris MDCCLXXXIV., pontificatus Nostri anno decimo.

DXII.

Dat. Romæ
23. septembris
1784.
anno X.

Extensio Indulti recitandi officium et missam beatæ Agnetis ad moniales monasterii s. Claræ civitatis Carthaginensis in Indiis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Expositio præ-
cuius porrectio-
nunt a monia-
libus.

§. 1. Cum sicut dilectæ in Christo Eliæ abbatissa, seu priorissa, et moniales monasterii monialium sanctæ Claræ civitatis Carthaginensis in Indiis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsæ pro eo, quem erga beatam Agnetem virginem sororem sanctæ Claræ Assisientis gerunt devotionis affectu, officium, et missam de communi virginum cum oratione, antiphonis ad *Magnificat*, et ad *Benedictus*, ac lectionibus secundi nocturni propriis ejusdem beatæ Agnetis jam pro universo ordine minorum sancti Francisci auctoritate apostolica adprobat. ad sui favorem per Nos extendi plurimum cupiant.

Tenore conces-
sionis.

§. 2. Nos dictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attenta relatione dilecti filii

magistri Julii Mariæ de Somalia congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum secretarii, prædictum officium, et missam cum oratione, antiphonis, et lectionibus juxta modum, et formam, quibus pro universo ordine minorum sancti Francisci adprobata, ut præfertur, existunt, ad easdem exponentes, et pro tempore existentes prædicti monasterii moniales pari auctoritate tenore præsentium extendimus, et ampliamus.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque monialibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sub-
lata, et decre-
tum irritans.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictique monasterii, ejusque ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava septembris millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

Derogatio con-
trariorum.

Dat. Romæ
r. octobris
1784
anno X.

DXIII.

Supprimitur hospitale Peregrinorum terræ Monticelli Burgi sancti Domnini, et applicantur ejus bona in erectionem xenodochii in eadem terra.

Venerabili fratri Alexandro
episcopo Burgi sancti Domnini.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Laudatur consilium episcopi erigendi xenodochium.

§. 1. **C**um paternæ sollicitudini, qua quotidie fraternitas tua pro ovibus sibi commissis urgetur, ploratus quoque, ac gemitus pauperum ægrotantium terræ di Monticelli tuæ diœcesis non fuerint absconditi, oculos, mentemque tuam ad eos conversus es, ut tua opera, et charitate novum xenodochium in dicta terra erigatur, Nostramque ad hoc es imploratus providentiam, ut tam sanctum, tamque Deo acceptabile opus Nostra auctoritate incipiatur, perficiaturque.

Exponitur status hospitalis Peregrinorum

§. 2. Exponi siquidem nuper fecisti quod in dicta terra di Monticelli extat hospitale Peregrinorum a confraternitate sub invocatione sanctissimæ Trinitatis ejusdem terræ administratum, quodque cum confratribus sanctissimi Rosarii in ecclesia collegiata dictæ terræ di Monticelli beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo, et sanctissimæ Trinitatis in ecclesia sancti Georgii ejusdem terræ, sanctissimi Sacramenti, et Rosarii in ecclesia delle Fogarole nuncupata, ac duabus in ecclesia parochiali sancti Petri in Corto respective erectis satis ampli redditus sint, ac piis oneribus, quibus gravantur, exuberantes; harum redditus, demptis oneribus hujusmodi superextantes, ab illarum respective administratoribus in sumptus prorsus inutiles, ac ad augendum Dei cultum minime tendentes impendi solent, quodque pariter administratores vulgo *Regenze* altaris gratiæ dictæ collegiatae ecclesiæ di Monticelli, et oratorii beatæ Mariæ virginis del Tinazzo nuncupatæ præter onera illarum respective foundationum redditibus affluunt.

Ratio concessionis.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, si erigendo, ut præfertur, xenodochio in dicta terra di Monticelli bona, et domum dicti hospitalis Peregrinorum uniantur, ac dictorum locorum piorum superextantes

fructus in hanc causam erogari curet largius pauperum ægrotantium necessitatibus consuli posset. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Suppressio hospitalis.

§. 4. Nos itaque te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacri concilii Tridentini interpretum consilio, fraternitati tuæ, de cujus prudentia, fide, religione, ac in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, et mandamus, ut prædictum hospitale Peregrinorum in dicta terra di Monticelli erectum, et a confraternitate sanctissimæ Trinitatis, ut præfertur, administratum auctoritate Nostra apostolica supprimas, ac extinguas, ac suppressum, et extinctum esse edicas.

§. 5. Domum vero, aliaque bona tam mobilia, quam immobilia, jura, et actiones ad illud quomodolibet spectantia, ita tamen, ut firma remaneant omnia pia, et præsertim missarum onera, quibus eadem bona nunc gravantur, dicto xenodochio auctoritate prædicta perpetuo unias, adnectes, et assignes, ac perpetuo unita, adnexa, et assignata esse decernas, atque declares.

Assignatio bonorum favoris xenodochii.

§. 6. Cum autem redditus hujusmodi satis tenues sint, et congruere videatur, ut superextantes fructus dictorum locorum piorum in solatium pauperum ægrotantium cedant; hinc tibi concedimus, ut administratores dictarum confraternitatum nempe sanctissimi Rosarii in ecclesia collegiata di Monticelli beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo, et sanctissimæ Trinitatis in ecclesia sancti Georgii ejusdem terræ, et sanctissimi Sacramenti, et Rosarii in ecclesia delle Fogarole nuncupata, et aliarum duarum in parochiali ecclesia sancti Petri in Corto respective erectarum, nec non prædictorum altaris gratiæ ejusdem collegiatae, et oratorii beatæ Mariæ virginis del Tinazzo nuncupatæ ad exhibitionem librorum, et status reddituum, ac respective on-

Jus colligendi pecuniam per decennium ab aliis piis locis favore ipsius xenodochii.

rum cujuslibet ex dictis locis piis auctoritate prædicta cogas, ad hoc, ut introitus cum exitu justa proportione habita comparare, ac superextantium fructuum, ac reddituum quantitatem cognoscere possis; indeque præstationem in ea summa, quæ viribus cujuslibet ex eis, adimpletis sibi injunctis piis oneribus, conveniat, quæque tibi expediens videbitur per decennium proxime futurum dumtaxat ab eis solvenda statuas, et præscribas, ut hinc eandem præstationem, durante dicto decennio percipiendam, vel in bonis stabilibus liberis tutis, atque fructiferis, vel in censibus cum locis piis tantum in erigendo xenodochio collocari cures, et studeas; salva tamen semper ejusdem congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacri concilii Tridentini interpretum auctoritate.

Deputatio episcopi in executionem apostolicarum litterarum.

§. 7. Nos enim tibi quamcumque necessariam, et opportunam ad præmissa omnia, et circa ea, quæ ad prosperam dicti xenodochii erectionem pertinent faciendi, gerendi, dicendi, et exequendi, ac exequi mandandi ea omnia, quæ pro locorum, rerumque circumstantiis componere, ac constituere, et pauperum ægrotantium solatio congruere pro tua eximia prudentia, enixoque in pauperes studio magis in Domino salubriter expedire conspexeris, facultatem tenore præsentium auctoritate apostolica tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariarum.

§. 8. Non obstantibus, quatenus opus sit, quorumcumque piorum benefactorum, seu testatorum testamentis, dispositionibus, codicillis, ac ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, de jure quæsito non tollendo, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus, unionibus, et applicationibus, illisque committendis ad partes vocatis quorum interest, ac aliis Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non hospitalis, et confraternitatum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac

cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima octobris millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

DXIV.

Dat. Romæ
17. novembris
1784.
anno X.

Damnatio, et prohibitio libelli cui titulus » *Universalis professio fidei omnium religionum 1784 sano hominis intellectui dicata* »

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **D**ebito apostolatus Nostri officio vix functi, quo paucis ante diebus perniciosi libri necessaria quidem, sed paterno cordi Nostro acerba damnatione recrudescentes adversus auricularem confessionem errores proscribere, catholici dogmatis depositum sartum, tectum custodire, fratresque Nostros, ac filios in accepta semel a sanctis fide confirmare satagimus, continuo ad nova, quæ iustant, et acrius urgent, propulsanda pericula pastoralis Nostra sollicitudo vocatur.

Proemium.

§. 2. Emersit nuper e tenebris mole quidem exigua, totus vero atro felle, ac veneno suffusus ignoti scriptoris libellus, cui propositum non unum tantum, aut alterum caput petere christianæ doctrinæ (tametsi nefas quicquam de verbo Dei detrahere), sed plane omnem christianæ revelatæ religionis formam, ac speciem e medio tollere, funditusque delere. Libelli titulus latine redditus: *Universalis professio fidei omnium religionum 1784 sano hominis intellectui dicata*, addita in fronte ad inanem

Exponitur iniquitas libelli.

ostentationem brevi hac sententia: *agnosce Deum, et esto honestus vir.* Quæ sententia simulata, quam præsefert, specie probitatis fallere forte quemquam posset, nisi et patens inscriptionis prævitæ latentem fraudem detegeret, eaque mox auctor subijceret, quæ et pietatem erga Deum, et moralem etiam honestatem penitus convellerent. Quid enim a pietate tam alienum, quam Deum Optimum Maximum sub illis indiscriminatis nominibus agnoscendum proponere, quibus cæcus olim Gentilium error supremi numinis majestatem non tam colere, quam obscurare, ac violare consueverat, qui nimirum aberrantes a via Dei, cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, dicentesque se esse sapientes, stulti facti sunt? Quid a sano intellectu tam remotum, quam certum omne veri, ac falsi iudicium e medio tollere? Dicere veritatem non universalem, sed individuum esse, sicut sunt facies hominum diversæ? Non alium coram tribunali veritatis legum codicem agnoscere præter sensualem experientiam, quæ quam sit fallax, nemini latet, qui non sit sano intellectu plane destitutus? Non si cuique suus est vultus, alter alteri dissimilis, ita quoque dissimilis sui, ac diversa, in diversis potest esse veritas. Est profecto, quod sapienter monet s. doctor Augustinus, incommutabilis veritas, quam non possis dicere meam, vel tuam, vel cujusquam hominis: veritas supereminens omnibus, ubique præsens, si cordis oculus ad eam pateat. Quod si ex immutabili æternæ veritatis lege pendet certa omnis et firma recti, et honesti regula, quæ demum in humanæ vitæ officiis constantia esse poterit, si constans nulla est, ac universalis; sed sua cuique individua veritas, agendique legem ex propria sensuali experientia eruat quisque, ac repetat? Sic sublata universali veritate, universalem quoque honestatem corruere necesse est. Nec vero diffidendum, quod scriptor ille magnopere urget, multam esse de veritate in hominum hinc inde dissentientium iudiciis varietatem, dum alii alia sentientes, pro sua tamen opinione tanquam pro veritate dimicare cernuntur. At hoc ipso admoneri eum oportebat, quam misera sit humanæ naturæ conditio, si suæ infirmitati relinquatur. Quam opus haberet humanum genus superiori lumine, et auxilio, quo ex ignorantia hujus tenebris, contractisque difficultatibus emergeret. Quam necessa-

rium, quam optabile supernæ revelationis beneficium fuerit, quo ad omnem veritatem, bonitatem, et justitiam homines erudirentur, ipsisque ad beatitudinem per eum, qui via, veritas, et vita est, certum, ac directum iter pararetur. Contra ingratus auctor tanto beneficio supernam hanc divinæ bonitatis manifestationem explodere aggreditur. Revelationem cum natura confundit; praveque adeo de religione sentit, ut qualibet religione sine discrimine naturale societatis humanæ vinculum plus minusve abrumpi affirmet. Quod probum si conferretur tantummodo in falsas alias omnes, exitialesque sectas, quæ sacrum religionis nomen profana usurpatione dedecorant, fatendum esset merito conjectum. At una existit, una eminent, lucetque in oculis omnium, velut civitas supra montem posita, christiana catholica religio, quæ hominis officia omnia erga Deum, erga seipsum, et proximum statuit, ac temperat in eum modum, quo humani generis, humanæve societatis bono comparando nil aptius, aut conducibilius excogitari possit. Quo uno argumento, inter alia innumera liquido quisque intelligere queat, tam præclarum bonum non nisi præstantissimo divinæ sapientiæ, ac largitatis muneri acceptum referri oportere. Quam porro absurdum, quam impium, quod subjungere non erubescit *Nullibi præceptum esse, nec præcipi posse recte sentire, sed recte facere, beatumque illum qui hoc præstat, sit deinde Judæus, Turca, Ethnicus, Christianus, aut Naturalista*. At non præcipimur de Deo sentire in bonitate, omnesque animi nostri affectus quantumvis intimos, et reconditos ex præscripto divinæ legis moderari? An qui prave sentiat, innocens fuerit coram Deo, qui corda scrutatur, et renes? An vero quisque, quantumvis animo pessime affectus, hoc ipso beatus reputabitur, quod ab exteriore flagitio manum cohibeat, ac dum factis probitatem simulat, quam non habet, mentitur ipse sibi, proximis, ac reipublicæ illudit, partemque sibi ponit cum hypocritis? Jam quæ gravior, quæ atrocior contumelia conjici potuit in auctorem fidei, et consummatorem Jesum, quam ut Judaica perfidia, fæda Mahumetanorum immanitas, ethnica superstitio, inconstans æque ac impia vanitas naturalistarum una cum Christiana, plena sanctitatis professione congerantur in unum, eique per summam turpitudinem exæquen-

tur? Misera, nec unquam satis deploranda stultitia, quæ in quorumcumque errorum portenta pari æquabilitate vertit sese, et accommodat; dumque nullam respuit falsitatem, hoc ipso servire omnium erroribus convincitur! Sic in dies multiplicantur, qui tribulant nos, qui insurgunt adversus nos. Non tamen eos oderimus, per quos exercemur, quorum quamdiu hic sunt, non est desperanda correctio. Qui potius bonum pro malo reddentes, enixis precibus omnipotentem Deum, cujus in manu positæ sunt omnium voluntates orare non desinamus, ut aliquando ipsi convertantur, et nobiscum exerceantur. Adaperiat Deus corda eorum, ut, monente Augustino, intelligant » *Neque in confusione paganorum, neque in purgamenti hæreticorum, neque in languore schismaticorum, neque in cæcitate Judæorum quærendam esse religionem, sed apud eos solos, qui Christiani catholici, vel orthodoxi nominantur, id est integritatis custodes, et recta sectantes* ». Nos vero, quos de tenebris in admirabile lumen suum Christus vocare dignatus est, teneamus confessionem » *Teneamus mediatorem nostrum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, atque scientiæ absconditi, ut neque falsæ philosophiæ loquacitate seducamur, neque falsæ religionis superstitione teneamur* ».

Munitum ad
episcopos.

§. 3. Ergo fratres (vos verbis alloquimur, quibus olim gregem suum præsul, et Ecclesiæ pater, doctrina æque ac vitæ sanctitate insignis, Maximus Taurinensis ad fidei constantiam hortabatur, cujus Nos eximia opera, et plura adhuc latentia, quo plus prodesse, diligenti studio recognosci, et in lucem edi curavimus), ergo fratres, *incluctabili fide, ac devotione solita, sacerdotis tot semper monitis inhærentes, per religiosi itineris vias, ac veritatis semitas, quas universa tenet Ecclesia gradientes, magis magisque hæreticorum devia, et diabolica calcate figmenta* ».

Tenor damnationis libelli.

§. 4. Ne vero exitiosi opusculi contagione fundet se latius, quæ calamitosis hisce temporibus heu nimium invalescit, serpitque, ut cancer proterva de religione indifferenter opinandi licentia; ne, quod absit, quempiam vel ex minimis, qui Nostræ curæ crediti sunt, seducat cor pravum incredulitatis discedendi a Deo vivo, pro pastoralis officii Nostri munere, cum omni sollicitudine providere cupientes, hunc ipsum libellam latine verti, et complurimum in sacra theologia magistrorum examini

subjici mandavimus; quorum habitis consultationibus, auditisque suffragiis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium in tota republica christiana adversus hæreticam pravitatem generalium inquisitorum, motu proprio, et ex certa scientia Nostra, deque apostolicæ potestatis plenitudine antedictum libellum, *Universalis professio fidei omnium religionum 1784 sano hominis intellectui dicata*, tanquam continentem doctrinam, et propositiones respective falsas, temerarias, scandalosas, perniciosas, erroneas, impias, hæresi faventes, hæreticas, totiusque revelatæ religionis subversivas, damnamus, ac pro damnato, et reprobato in perpetuum haberi volumus, atque decernimus.

§. 5. Præcipimus insuper, ne quisquam ex Christifidelibus cujuscumque gradus, et dignitatis, quamvis specialissima nota dignis, libellum prædictum jam typis editum, sive manu conscriptum, vel in suo originali, vel in quacumque alia versione legere, retinere, vel denuo imprimere, seu imprimi facere audeat, aut præsumat sub pœna suspensionis a divinis quantum ad personas ecclesiasticas; quantum vero ad personas sæculares sub pœna excommunicationis majoris ipso facto absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem, et respective relaxationem Nobis, et successoribus Nostris Romanis pontificibus reservamus, excepto dumtaxat, quoad excommunicationem prædictam, mortis articulo, quo nimirum quilibet confessarius ab hujusmodi censura, ut præfertur, incursa absolvere poterit.

Interdicitur
singulis illius
lectio, et re-
tentio.

§. 6. Mandamus quoque bibliopolis, ac typographis, cæterisque omnibus, et singulis cujuscumque gradus, conditionis, et dignitatis personis ecclesiasticis, et sæcularibus, etiamsi speciali, et individua mentione indigeant, ut quatenus prædictus libellus vel in suo originario, vel in quocumque idiomate impressus, vel etiam manuscriptus, ad eorum manus devenerit, statim deferre illum teneantur ordinariis locorum sub eisdem suspensionis a divinis comminatis pœnis, ac respective excommunicationis.

Pœnam contra
eos qui libel-
lum ordinariis
locorum non
tradiderint.

§. 7. Ut autem eadem præsentibus literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam prætexere possit, volumus, et mandamus, illas ad valvas basilicæ Principis Apostolorum, et cancellariæ apostolicæ, necnon curiæ generalis in mon-

Fides habenda
transumptis.

te Citatorio, et in acie Campi Floræ de urbe per aliquem ex cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui. Sic vero publicatas perinde afficere omnes, et singulos, quos concernunt, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, et intimatæ fuissent. Ipsarum autem literarum præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eandem fidem tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quæ iisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ et ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem die xvii. novembris MDCCLXXXIV. pontificatus Nostri anno decimo.

DXV.

Dat. Romæ
19. novembris
1784
anno X.

Confirmatio statutorum universitatis et hominum artis texendorum tibialium urbis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Ad pastorale fastigium meritis licet imparibus evecti, illa, quæ pro felici prosperoque artium, ac earum universitatum almæ Urbis Nostræ cujus commodis peculiari paternæ charitatis affectu studemus, regimine provide constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistent apostolici muniminis præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus.

Expositio præcum porrectarum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii universitas, et homines arti texendorum tibialium addicti, vulgo fabbricatori di calzette a telaro almæ urbis prædictæ, quod ipsi ad dictam artem prospere dirigendam ampliandamque statuta condere, et in unum volumen redigi curarunt tenoris sequentis videlicet.

Statuti della università de' calzettari di Roma

CAPITOLO I.

§. 3. Deve l' uomo in tutte le sue imprese ricorrere a Dio; giusto è pertanto, che erigendosi l' arte de' fabbricatori di calzette in università, si stabilisca un' oratorio o nella chiesa di santa Maria in Monterone, o in altra chiesa, ove adunati li fratelli prestino a Dio il culto, che gli si deve, ed implorino dalla sua misericordia in tutti i loro bisogni la sua grazia. E poichè sappiamo benissimo di quanto efficace merito sia presso l' Altissimo la mediazione de' santi, dichiariamo nostra singolare avvocata la gloriosa vergine, e martire santa Lucia, affinchè le nostre preci da lei al trono di Dio presentate ci ottengano le grazie, che saranno necessarie per la nostra eterna salute, e per gli onesti vantaggi, e avanzamenti della nostra arte.

Tenor statutorum.

Stabile dunque, e perpetua legge sarà, che tutti, e singoli del nostro ceppo nel dì festivo della nostra santa si portino all' oratorio ad essa dedicato, ove verrà solennizzata la di lei festa con quella pompa cristiana corrispondente alle nostre forze, ed alla devozione degli aggregati.

CAPITOLO II.

Risguardante la spesa della festa.

§. 4. Sarà cura de' consoli pro tempore intimare almeno giorni quindici avanti la festa della nostra santa protettrice la congregazione generale per stabilire la spesa da farsi a conto della cassa comune nella ricorrenza di detta festa, con dichiarazione, che volendosi oltre ciò, che è stato risoluto in congregazione eccedere o da consoli, o da altri pii devoti della santa, tal' eccesso s' intenderà sempre fatto a spese proprie, e delli suddetti particolari, e non mai in aggravio dell' università.

De expensis necessariis ad festum patris.

CAPITOLO III.

Del modo da eleggere i consoli.

§. 5. Deve ogni corpo per necessità avere il suo capo, dal quale sia diretto. È stato sempre costume affidare tal direzione alli consoli che elegger si devono per segreti suffragj nella prima domenica di gennaio di ciaschedun

De electione consulum.

anno. Un tal metodo sarà in avvenire eziandio costante, e perciò statuimo, ed ordiniamo che dalli consoli pro tempore s' intimi per il detto giorno la congregazione generale, ove primamente si dovrà di anno in anno mandare a partito se debbano confermarsi nell' impiego suddetto gli attuali consoli, come più pratici nel maneggio degli affari, ed interessi comuni dell' arte, ed istruiti nelle liti, che insorte siano, e che potranno insorgere nel tempo del lor consolato, qual conferma non dovrà oltrepassare il terzo anno; che se non verranno confermati con un voto di più oltre metà di quelli che si troveranno presenti in congregazione, dovranno essi proporre in scritto quattro maestri capaci ad esercitar con prudenza e saviezza un tal incarico, e fattone di ciascheduno la ballottazione per il bussolo e voti segreti, quelli due, che avranno più voti favorevoli, dovranno il consolato esercitare per lo spazio intero d' un anno, e chiunque ricusasse d' accettare detta carica, senza motivo evidentemente grave, e legittimo, pagherà in pena della sua renitenza scudi due da erogarsi in beneficio della nostra università. All' incontro ciascheduno de' consoli, terminato l' anno dell' esercizio della loro carica, dovrà conseguire scudo uno in riconoscimento delle fatiche, e del tempo impiegato in servizio dell' università.

CAPITOLO IV.

Della congregazione generale.

§. 6. È necessità precisa, che ogni corpo debba di tanto in tanto congregarsi per stabilire, e risolvere ciò, che crederà necessario per l' ottima sna direzione. Giusto però, e ragionevole sembra, che li consoli facciano di tempo in tempo, secondo le circostanze de' casi, intimare la congregazione per ivi discorrere sopra gli affari dell' arte. In essa tutti gl' individui potranno dire l' uno dopo l' altro con rispetto li loro sentimenti, in essa potranno prendere le risoluzioni per il buon ordine dell' arte; avvertendosi per altro, che la pluralità de' voti in ogni risoluzione porterà l' inclusiva, e l' intervento di due terzi de' maestri patentati saranno sufficienti a far l' atto della congregazione valido.

CAPITOLO V.

Dovere de' consoli.

§. 7. La prima, e principal cura de' consoli deve essere il procurare, che nell' arte si conservi il timor santo di Dio base, e fondamento d' ogni felicità e di poi l' ingrandimento dell' arte, e perfezione della medesima. Sarà loro dovere nel giorno della festa della nostra santa protettrice assistere con decenza alla banca assieme col sindaco per riscuotere dai padroni le tasse, e nello stesso tempo dar loro l' immagine della santa, come anche far intimare le congregazioni, ed a quelle intervenire, e mancando senza legittima causa, cioè di malattia, o di morte, o di funerali de' parenti, assenza da Roma, o simili, dovranno in pena della loro mancanza pagare paoli cinque d' applicarsi alla nostra università, nella qual pena altresì incorreranno tutti gli altri maestri, che senza le divisate giuste cause, non saranno intervenuti alle congregazioni intimate.

De munere
consulum.

Dovranno parimenti li consoli con tutto rigore invigilare alla buona, e perfetta manifattura del lavoro, mentre se questo sarà perfezionato, non s' introdurranno più le calzette ferastiere, che recano danno all' intero corpo dell' arte, per lo che primaria loro cura sarà visitare di sei in sei mesi tutte le botteghe de' padroni, ed ove troveranno difettosi li lavori, ne faranno la dovuta rappresentanza a monsignore illustrissimo primicerio, affine di prendere gli opportuni provvedimenti a beneficio dell' arte.

Inoltre i consoli non potranno intraprendere alcuna lite, o altro, che possa essere di spesa, ed aggravio all' università, senza farne preventivamente intesa la congregazione generale, dalla di cui volontà dovrà dipenderne l' intrapresa: potranno bensì in casi urgenti cioè di trafugamento, o trasporto de' telari da una bottega all' altra non soggetta al nostro corpo, e pagamento di tasse, usare della loro facoltà con far citare li delinquenti, e debitori. Per soddisfare poi alle spese delle liti di qualunque specie, dopo che verranno proposte in congregazione le liste, e conti delle spese, e riportatane l' approvazione del pagamento, dovranno li consoli distribuire le tasse alli padroni, secondo la quantità di telari, che si troveranno nelle loro botteghe.

De congrega-
tione generali.

CAPITOLO VI.

Del sindaco

De syndaco.

§. 8. Nell' istesso giorno, che si eleggeranno li consoli si procederà nella medesima maniera all' elezione del sindaco, il di cui officio sarà intervenire nel di della festa ad assistere assieme con li consoli alla banca, esaminare tutte le partite dell' introito, ed esito fatto dai consoli, e quindi farne relazione alla congregazione generale, acciò li vecchi consoli restino assoluti, e quietati nel registro publico in caso di buona amministrazione, o condannati alla dovuta reintegrazione in caso di cattiva amministrazione.

CAPITOLO VII.

Delle stime, e perizie.

De peritiis.

§. 9. Tutte le stime, e perizie sarà in libertà di potersi fare dai maestri patentati ad arbitrio delle parti, colla dichiarazione, che detti maestri assunti in periti non possino dar fuori le perizie, senza farne consapevoli li consoli per l' interesse dell' università sull' assistenza de' telari sotto pena di scudi dieci per ciascheduna volta d' applicarsi all' università.

CAPITOLO VIII.

Sopra l' esazione delle tasse.

De exactione telarum.

§. 10. Dovranno tutti li padroni nel di della festa di santa Lucia pagare in mano de' consoli le tasse, cioè bajocchi quaranta per ciaschedun telaro esistente nelle loro botteghe, o lavori o non lavori, per soddisfare li frutti del cambio di scudi quattrocento durante il medesimo, come ancora dovranno corrispondere nel detto giorno alli detti consoli la solita tassa di bajocchi cinquanta per ciaschedun patentato per supplire alle necessarie spese, che deve la nostra università d' anno in anno fare.

Estinto poi il debito pagheranno indi li suddetti padroni la sola tassa da imporsi sopra ciaschedun telaro per il mantenimento dell' università; e chi sarà renitente in adempiere tutto ciò, che in questo capo si contiene patirà meritamente l' esecuzione della mano regia per quella somma che non avrà pagato.

CAPITOLO IX.

Degli avanzi che si anderanno facendo d' anno in anno.

De residuis annualibus.

§. 11. Alla cura de' consoli vien commesso il depositare nel sacro monte di Pietà in credito dell' università de' calzettari tutti li sopravanzi, che d' anno in anno si anderanno facendo, nè sarà giammai permesso al corpo dell' arte per qualunque urgentissima causa da quello prendere una benchè minima somma, mentre dovrà sempre intatto conservarsi per dimettere con ordine da sottoscriversi da monsignor illustrissimo primicerio dell' università, e da consoli pro tempore il debito di scudi quattrocento dalla suddetta università già contratto per supplire a varie necessarie spese. Pagato poi il debito, si potrà il di più dell' altre somme future impiegarsi nell' altre urgenze, o commodità, secondo che parerà alla congregazione generale da tenersi sempre in qualsivoglia occasione di spese, tanto che chiunque si arbitrerà di farle senza il previo consenso della detta congregazione dovrà del proprio rimborsare la cassa di tutto il denaro speso in sì fatta guisa, benchè in bene dell' università.

CAPITOLO X.

Di quelli che daranno li telari in affitto.

De affactu telariorum.

§. 12. Devono tutti quelli, che daranno li telari in affitto partecipare ai consoli il nome, e cognome di quello, che li prenderà, e ciò si vuole affinché l' arte non possa in conto alcuno restar defraudata delle tasse sopra quelli imposte d' unanime consenso per pagare li frutti, e sorte del cambio, come spese volte è seguito coll' essere stati portati in botteghe de' patentati di castello o altre simili dal nostro corpo separate, o nascosti in case particolari. Per ovviare dunque tali frodi, ordiniamo, e statuimo, che ritrovandosi li telari dati in affitto posti nelle divise botteghe, o case, soggiaceranno li padroni alla pena di scudi dieci d' applicarsi come sopra, per il qual effetto, previa la semplice interpellazione giudiziale, si verrà all' esecuzione della mano regia.

CAPITOLO XI.

*Modo da osservarsi da quelli,
che vorranno aprir bottega.*

De methodo
servanda in
sperimento apo-
thecarum.

§. 13. È ben giusto, e doveroso, che chi vorrà aprir bottega in qualità di maestro sia nell'arte ben istruito, e capace acciò non resti giammai avvilto il credito, e decoro della professione, perciò statuimo, ed ordisiamo, che in avvenire niuno si giudicherà meritevole di conseguire la patente per esser tra maestri annoverato, se prima (essendo Romano) non avrà in Roma lavorato per l'intero corso di anni cinque, e pagato per tutto detto tempo la tassa da giovane all'università; se poi sarà estero, ma da lungo tempo domiciliato in Roma, in tal caso dovrà anche questo provare d'aver fatto cinque anni di fattorato, e pagato la tassa all'università, al qual peso non saranno soggetti li forastieri, che da poco tempo hanno in Roma dimorato. Ciò provato dovrà esporsi allo sperimento da farsi avanti li due consoli, e di un altro maestro da estrarsi per bussolo dalla congregazione generale, quale sperimento fatto d'un pajo di calzette con cugno alla Spagnola, ed un pajo di guanti da uomo a proprie spese, ed approvato da due de' tre succennati esaminatori, si dovrà proporre in congregazione generale al solo fine di dargli pubblicamente la patente. Le spese dell'intimo della congregazione si faranno dalli pretendenti, che se saranno Romani, o statisti pagheranno per la patente scudi quattro, e bajocchi venti, se poi saranno forastieri pagaranno scudi otto, e chi ardisse aprir bottega senza osservare quanto si prescrive in questo capitolo, si procederà, previa l'intimazione della mano regia, per la chiusura della bottega.

CAPITOLO XII.

Circa li doveri de' giovani lavoranti

De munere
adol-scutulo-
rum.

§. 14. Dovranno tutti li lavoranti, ancorchè siano figli dei padroni, pagare alla nostra università o oratorio un bajocco per cadauno la settimana, che consegneranno alli loro padroni, o alle vedove padrone, che di poi ne renderanno di mese in mese conto alli consoli; e quei padroni, che saranno negligenti in fare tale esazione, pagheranno del proprio con mano regia tutta quel-

la somma corrispondente al numero dei giovani, che si ritrovano nelle loro botteghe.

CAPITOLO XIII.

*Dell'obbligo dell'università
verso dei giovani.*

§. 15. Si farà carico l'università somministrare a tutti li giovani, che avranno puntualmente pagata la detta tassa di bajocco uno la settimana, nella loro malattia, e convalescenza paoli cinque per ogni volta, che caderanno ammalati per servirsene come credono con mostrare però ogni volta la fede del medico; e del confessore, ed in caso di morte verranno suffragate le loro anime con la celebrazione del santo sacrificio della messa.

De obligatio-
nibus univer-
sitis erga
adolescentulos

CAPITOLO XIV.

*Metodo da tenersi dai giovani nel par-
tire dalle botteghe ove lavorano.*

§. 16. Non sarà permesso ad alcun giovane partire dalla bottega ove lavora, se prima non avrà terminato il lavoro che ha tra le mani, ed andando in altra bottega, il maestro, che lo riceve incorrerà nella pena di scudi tre d'applicarsi alla università, quante volte il maestro, che lo prende sia di ciò certiorato.

De methodo
servanda in
relinquendis
apothecis.

CAPITOLO XV.

Circa li fattori

§. 17. Potrà ogni padrone prendere, e ritenere nella sua bottega uno, o più fattori per insegnargli l'arte, che aumentandosi, recherà maggior sollievo all'intero corpo dell'arte.

De ministris.

E siccome è stato nella nostra arte costume, che li detti fattori hanno pagato alli maestri padroni qualche somma, come tutt'ora si pratica, acciò, che nel tempo d'anni cinque, quanto deve il loro fattorato durare, abbiano con pazienza, e carità ad insegnargli l'arte, così volendo partire senza legittima causa da detta bottega pria che spiri il divisato tempo, perderà la detta somma sebbene fosse stata intieramente pagata, e così all'incontro se sarà il fattore mandato via dal maestro senza causa legittima prima, che compisca il quinquennio, debba restituirgli il denaro, che averà ad esso

pagato. Come ancora, se sarà seguita qualche convenzione fra il maestro, e fattore, vogliamo, che abbia questa ad avere il suo effetto andando via, o mandato dal padrone senza legittima causa.

CAPITOLO XVI.

Del privilegio delle vedove, e delli figli de' padroni.

De privilegiis viduarum.

§. 18. Le vedove de' defonti padroni di bottega potranno, durante la loro vedovanza, tenere quelle aperte, e sarà loro cura particolare eleggere un giovane capace nell' arte per condurre avanti il negozio di calzettaro, e di poi presentarlo a' consoli per l' esame, ed approvazione.

Una tal prerogativa competerà ancora alli figli de' padroni rimasti privi anche di madre, o che questa fosse passata ad altro letto, non bene capaci dell' arte, e però sarà cura de' consoli assegnargli un giovane idoneo, qualora però da detti figli minori non si venisse all' elezione di qualche giovane, che potranno rimuovere, concorrendovi legittima causa.

E siccome puo' accadere, che un maestro abbia più figli esercenti il divisato impiego, statuimo, ed ordiniamo, che al solo primogenito, dopo la morte di suo padre competa il suddetto privilegio, ma volendo questi aprir bottega vivente detto suo padre, dovrà soggiacere allo sperimento, e fare tutt' altro, che si prescrive nel capitolo XI.

Gli altri figli poi, che vorranno aprir bottega vivente il detto loro padre, e dopo la di lui morte, soggiaceranno allo sperimento a forma di quanto si contiene nel detto capitolo XI. essendo mente de' statuenti, che il privilegio paterno si trasfonda soltanto ne' primogeniti, o in uno de' figli, che sarà stato dal defonto padre prescelto, o nominato suo successore, e non volendo il primogenito impiegarsi in questo mestiere, e non avendo il padre fatta alcuna nomina, passi il privilegio al figlio che sarà maggiore di età dopo il primogenito, e che vorrà esercitare l' arte di calzettaro, e contravenendosi su di ciò a quanto vien stabilito, ed ordinato in questo capitolo incorreranno li trasgressori nella pena della perdita di tutti li stigli, calzette, seta, ed altro, oltre alla chiusura della bottega.

CAPITOLO XVII.

Sulla durazione delle patenti.

§. 19. Per la buona economia dell' arte, ed acciò questa non vada insensibilmente decadendo per l' ignoranza de' maestri, ordiniamo, e statuimo, che il privilegio paterno si godi soltanto da' figli, e non mai oltrepassi alli nepoti, e pronepoti, e volendo questi aprire, o tenere bottega di fabbricatore di calzette siano sottoposti a fare lo sperimento con prender anche la patente, e di uniformarsi in tutto, e per tutto a quanto si prescrive nel detto capitolo XI.

De literis patentibus.

CAPITOLO XVIII.

Obbligo dell' università in difendere i patentati.

§. 20. Sarà cura della nostra università difendere a proprie spese li patentati padroni di bottega in caso, che venissero turbati ne' loro dritti, jus, azioni, e ragioni prescritte nelle nostre leggi, mentre il dovere esige, che ogni individuo resti garantito, e difeso dall' intero corpo dell' arte.

De patrocinio patentatorum.

CAPITOLO XIX.

Della distanza.

§. 21. Per togliere tutte le discordie, e litigi, e per dirimere le dissensioni, che tra maestri potessero nascere in caso di apertura di bottega in vicinanza dell' altra, statuimo, ed ordiniamo, che in avvenire niuna possa aprir bottega di fabbricatore di calzette, nè trasportar la propria sua bottega da un luogo all' altro, se non vi sarà la distanza dall' altra bottega preesistente di canne quaranta, eccettuate le piazze frequentate, ove è maggior affluenza, e concorso di popolo, e tutti quei, che contraverranno, soggiaceranno alla chiusura della bottega, ed alla pena di scudi dieci d' applicarsi come sopra, la quale si esigerà con mano regia.

De distantia servanda inter apothecas.

Alla qual legge di distanza non restano comprese le botteghe di già incamminate, quali devono godere il jus di già acquistato, sinchè continueranno ad essere aperte.

CAPITOLO XX.

*Circa li suffragi da farsi
alli fratelli defonti.*

*De suffragiis
defunctorum.*

§. 22. Lo spirito di vera unione, e fraterna carità non può restringersi ai fratelli viventi, e però passando all'altra vita alcuno di essi, dovranno li consoli far celebrare in suffragio dell'anima del defonto tre messe.

CAPITOLO XXI.

*Tutti gl' istromenti, e scritture
devono farsi dal nostro segretario*

*De scripturis
exarandis ab a
secretis.*

§. 23. Le scritture, apoche private, o istromenti di compra, e vendita di botteghe, avviamenti delle medesime, stigli, ed altro ove concorra l'interesse dell'università per qualunque titolo, e causa anche remota, dovranno tutti rogarsi dal nostro segretario pro tempore, ed in specie l'apoche, istromenti, che tra maestri con qualche novizio, ossia fattore possono farsi, altrimenti in caso di contravvenzione s'incorrerà la pena di scudi cinque d' applicarsi come sopra.

*Preces porre-
ctae pro apo-
stolica confir-
matione asse-
quenda.*

§. 24. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes, statuta hujusmodi, quo firmiter subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent.

*Tenor aposto-
licæ confirma-
tionis.*

§. 25. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrent, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, et attenta relatione super præmissis a dilecto filio Nostro Karolo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Rezzonico nuncupato ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerario, ad quem hujusmodi negotium examinandum remisimus, omnia, et singula statuta præinserta auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

§. 26. Decernentes easdem præsentibus literas ac statuta præinserta semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Clausula sub-
lata, et decre-
tum irritum.*

§. 27. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ urbis, et universitatis prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona novembris millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

*Derogatio con-
trariorum.*

Dnl. Romæ
21. novembris
1784
Anno X.

DXVI.

Damnatio, et prohibitio libri Germanico idiomate editi, cui titulus latine sonat » *Quid continent documenta antiquitatis christianæ de auriculari confessione?* » Vindobonæ apud Josephum Nobilem 1784.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **M**ediator Dei, et hominum Christus Jesus, quo plenius in Nos misericordiæ suæ divitias effunderet, figmentum Nostrum miseratus, ad reparandos eos, qui a baptismi gratia quandocumque excidissent, tradita Ecclesiæ præpositis potestate remittendi, ac refinendi peccata, sacramentum penitentiae instituit, cujus vi, et efficacia, qui ad id accederent rite dispositi, ac peccata confessi, per sacerdotis absolutionem peccatorum veniam consequerentur. Constans hæc fuit de hoc insigni Christi beneficio, et ab apostolicis usque ducta temporibus perpetua Ecclesiæ prædicatio; eaque, depulsis pridem, ac præsertim per Tridentini concilii decreta novatorum erroribus, fusa per omnes catholici orbis provincias, fideliumque omnium animis insita penitus ac defixa, pacatissima consensione, nec sine ingenti animarum fructu pura et integra fide tenebatur. Verum antiquus generis humani hostis, adversarius ille noster, in quo nunquam quiescit voluntas nocendi, omnibus modis instat, quemadmodum dejiciat: itaque cum in hac fidei, ac doctrinæ constantia, nil dudum christianæ plebi ab apertis hostibus metuendum videretur, prodierunt repente ex nostris, qui Nobis bella moverent, si tamen nostri dicendi sunt, quos ad inimicum transisse rupto foedere sentiamus.

Relatio de nova libelli editione.

§. 2. Editum sane recens, nec sine acerbo doloris sensu accepimus libellum Germanico idiomate, cujus hæc est latine reddita inscriptio » *Quid continent documenta antiquitatis christianæ de auriculari confessione?* ab Eybel. Vindobonæ apud Josephum Nobilem de Hurzbek etc. 1784.

Scriptoris per versitas detegitur.

§. 3. Ediderat jam scriptor iste paucis ante annis introductionem in jus ecclesiasticum catholicorum, quem librum decreto sub die 16 februarii currentis anni Indicis congregatio, maturo

adhibito examine, censuit inter damnatos libros referendum. At hoc novo libello palam omnibus factum est, perspicueque declaratum, qui scriptoris hujus animus semper antea fuerit, quove demum tendant eorum consilia, qui omni scriptionum genere student fidelium animos alienare ab ea Sede, cum qua ecclesias universas, et fideles, qui undique sunt, omnes oportet convenire. Sane infelicem auctorem non pudit palam profiteri, hæreticorum scriptis quoad res plurimas solide se fuisse instructum; licet vane testetur, se in hoc argumento ab eorum quantumvis doctorum lucubrationibus abstinere voluisse: infelix revera, qui dum se solide instructum perperam sibi blanditur, non animadverterit, quam periculosum sit eorum se instabilitati committere, qui a soliditate petrae, supra quam Christus Ecclesiam suam fundavit, aliquando discesserint. Atque isti quidem ex illis sunt, quos novissimis diebus futuros prædixit apostolus, quos nimium multos in hac, quæ quotidie magis magisque increbrescit opinandi licentia, experimur qui corrupti mente, ac reprobi circa fidem resistunt veritati; *sed ultrâ non proficient, insipientia enim eorum manifesta erit omnibus.* Qui, etsi cum innovare, et errare inceperint, ipsi non desistent ab errore; sed semper fallacias novas, et dogmata corrupta invenient, non diutius tamen fallent, neque secum rapient; quippe licet in principio prospere agat error, ad finem tamen usque non permanebit.

§. 4. Magna certe Nobis fiducia est apud Deum fore nunquam, ut filii Ecclesiæ, filii Iacis, obedientes ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi sunt, abduci se sinant variis illis, et peregrinis doctrinis, quas spiritus erroris invexit, quarum finis interitus. Hujus notæ sunt illæ, quas in novatorum libris expositas dudum, et patientes non dubitavit libelli auctor fraudolenta calliditate incautis mentibus obtrudere. Propositum ait sibi fuisse exponere, quid contineant antiquitatis christianæ monumenta de auriculari confessione, nec tamen abstinet ab illis etiam proferendis, quæ pridem fuere a Novatoribus congesta, quibus in colligendis more illi suo ita versati sunt, ut ea commentitiis interpretationibus, ut et divinas Scripturas in suam, aliorumque perniciem depravantes, ab sanctorum mente, ac sententia longissime aberrarent.

Nova libelli materies pertractatur.

Refellitur in-
sana novi li-
belli doctrina.

§. 5. Hinc effectum, ut quantumvis a concilio Tridentino declaratum sit, modum secretae confitendi soli sacerdoti, quo Ecclesia nunc utitur, a sanctissimis, et antiquissimis patribus fuisse commendatum, contra *Eybelius* velut imperitos traducat eos doctores, qui penitentiae, et confessionis modernum, et posteriorem usum jam in antiquitate se detegere autumant. Hinc ecclesiasticam peccatorum remissionem, quam memorat in antiquitate viguisse, refert ad remissionem injuriae, quae fidelium communitati contra foedus initum a peccantibus irrogabatur, quae remissio, utpote ex natura, et pactis cujuslibet societatis prodiens, potestatis etiam esset ecclesiasticae societatis, minime proinde confundenda cum supernaturali absolutione a Dei offensa, quasi in reconciliandis penitentibus non uterentur Ecclesiae praepositi supernaturali iudiciali potestate a Christo sibi tradita offensa Dei per sacramentalem absolutionem illis remittenda, qui eam digue susciperent. Huc pertinet quod tradit, non alia intentione debuisse penitentes ad Ecclesiae praesules, et sacerdotes accedere, quam ut detectis animae vulneribus, receptaque instructione, ac pro penitentia peragenda operum designatione his peractis tum primum sub spe divinae misericordiae, et promissione gratiae reconciliationem obtinere possent: cum tamen constans haec sit Ecclesiae doctrina, eam esse vim et efficaciam sacramenti penitentiae, ut per illud penitentes etiam ante peracta penitentiae opera consequi reconciliationem queant, nec tantummodo in iustruendis penitentibus, operibusve penitentiae designandis versari sacerdotale ministerium in hujus sacramenti administratione, sed ut clavium potestate utens sacerdos, tanquam iudex, ac fidelis dispensator, et prudens, tum salutare poenas, ac satisfactiones confitentibus non designare modo, sed et imponere, tum vere penitentes absolvere a culpis valeat. Sic etenim docti sumus a majoribus, non solum peccatorum remissionem in catholica Ecclesia reperiri, sed etiam potestatem peccata remittendi in ea esse; qua si rite, et secundum leges a Christo Domino praescriptas sacerdotes utantur, vere peccata remitti, et condonari credendum est. Accedit, quod modum secretae confitendi soli sacerdoti eatenus concedit humanum inventum non esse, quatenus lex naturalis divina obligat ad quaerendum animae remedium; quo satis demonstrat, vim

mandati Christi eludere potius, quam adstruere voluisse. Atque ex his perspici potest cujusmodi sit ea veneratio, qua prosequi se Tridentinum concilium *Eybelius* profitetur; dum et ejus decreta tot modis pervertere nititur, nec insuper insinuare veretur in hodierna penitendi ratione, non obstante Tridentino, immutationem fieri posse, qua dissidentium christianorum concordia procuretur; oblitus, quam arcte nobis indictum sit *supercertari semel traditae sanctis fidei*; cumque nulla sit societas luci ad tenebras, nefas esse christianum de veritate cum errore pacisci. Sed et istud catholico viro prorsus indignum, quod non horruerit, subdole reficere maledicta, et convicia, quibus haeretici blasphemantes opera Dei invehantur in secretam confessionem, quo eximium istud divinae largitatis beneficium et populis odiosum, et saeculi potestatibus suspectum reddunt, et invisum. Quae tamen minus mirum videri debet ab homine profecta, qui opusculum suum conclusit tali veluti fidei professione, quam heterodoxus nemo detrectaverit, testans videlicet nolle quicquam a se scriptum, quod coram Deo orthodoxum non sit. Quod si nil orthodoxum coram Deo, quod non sit ex veritate, nec possit quicquam ex veritate esse, quod non congruat cum sensu Ecclesiae, quae columna est, ac firmamentum veritatis, an potuit ille confidere, se ex veritate scripsisse, qui de auriculari confessione ea scripserit, quae plane abhorrent a doctrina, quam a majoribus accepimus, quam oecumenica synodus Tridentina sancivit, quae in universa Ecclesia praedicatur, qua ubique imbuuntur alumni fidei, quam ille ipse in Ecclesia didicit ab infantia? Merito proinde objici illi potest, quod Lutheri, quod caeteris novatoribus objectum semper fuit: non sic vos ipsi credidistis ab initio: nova sunt quae affertis, novitas ipsa vos arguit erroris. Hoc inducta principio celebris theologica facultas Parisiensis doctrinam, quae supponeret, Ecclesiam aliquo tempore legitimi usus penitentiae cognitione caruisse, velut temerariam notavit, ipsi Ecclesiae injuriosam, et haeticam. Quin etiam ad uberiores explicationem sub iisdem notis, alias insuper propositiones perstrinxit, in quantum disciplinam, et consuetudinem ecclesiasticam ab omnibus catholicae communionis ecclesiis receptam, quantumcumque diuturnam, tamquam abusivam, et institutioni Christi,

ac evangelicæ doctrinæ contrariam. Hinc et illustre Augustanum vicariatuum officium probro sibi fore duxit, videri probatum a se opusculum *Eybelii*, eaque de re impactam calumniam publico decreto repellendam censuit, edixitque, ut per verbi divini ministros monerentur fideles ab libellis ejusmodi abstinere, qui fidem corrumpunt, et mores. Tametsi vero in Domino confidimus, numquam futurum, ut perniciæ hæc, labesque fundat se latius ad eos inficiendos, qui spiritu Dei aguntur, quive non omnem suæ salutis curam abjecerint; quia tamen sapientibus, et insipientibus debitores sumus, nec desunt in multis, qui infirmi sunt in fide, valde trepidavimus, ne horum fidem a tramite veritatis insinuatō male docentis averteret. Majorem vero in modum commoti sumus, ac percussi, tristitiamque super tristitiam habuimus, cum ad Nos perlatum est, eo usque progressam esse impiorum hominum in religionis contemptu effrænatam audaciam, ut sanctissima hæc sacramentalis pœnitentiæ actio indignis picturis, ac diceriis, per fora et compita exponi ad ludibrium cœperit; vel iismet flabellis appicta, quæ in mulierum manibus passim geruntur. Nefandum dictum! Sacrilægum jocum fieri de hoc divinæ largitatis, ac misericordiæ ineffabili dono, cujus vel nomine ipso admonemur conscientiæ sordes recognoscere, peccata deflare, et annos nostros cum salutari animæ nostræ amaritudine recogitare. Sic omni machinationum genere adversus fidem, religionisque sanctitatem certatur. Hinc disputationum laquei, quibus irretiantur mentes incautorum; isthinc ludicræ artes, quibus deformata per impiam fraudem sacrorum majestas in contemptum adducatur. Neque id satis erat, nisi insuper ad cumulum accessisset facinus perinde audax, et improbum, quod cum privati scriptoris probro, Romani nominis dedecus conjungeret: scilicet Nobis est paucis hisce diebus nuntiatum recens prodiisse adversus auricularem confessionem sub usurpato Romani theologi nomine furtivum opusculum, velut ex Italico in Germanicum sermonem conversum, et Augustanis typis editum, opus tenebrarum, dignum illis, quorum cogitationes in malum, quorum labia loquuntur dolum; et illi quidem impudenti usi mendacio, quod scriptor hic vivens mox queat redarguere; at non sine sperato aliquo iniquitatis fructu, rati nimirum fore, ut per

Bull. Rom. Tom. VII.

ementitam inscriptionem molliretur impij dogmatis pravitas, leniusque influeret in aures multitudinis, cui persuasum esset illud et Romæ suos habere defensores.

§. 6. Quo majore cura Nobis est providendum, ut impendentibus animarum periculis, quam mature fieri possit, subveniamus. » *Etenim*, quod sapienter monebat suis ad Cyrillum litteris Cælestinus prædecessor Noster, *vulnus, quod non unum aliquod membrum tantum lædit, sed universum Ecclesiæ corpus consauciat, primo quoque tempore excindere oportet*. » Hisce de causis statim, atque memoratum *Eybelii* de auriculari confessione opusculum a piis doctisque viris ad apostolatus Nostri judicium delatum est, illud ex Germanico in Latinum sermonem verti; atque, ut rei gravitas postulabat, complurium in sacra theologia magistrorum examini, et censuræ subjici mandavimus; ac subinde habitis eorum consultationibus, auditisque suffragiis venerabilium fratrum Nostorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium in tota republica christiana adversus hæreticam pravitatem generalium inquisitorum coram Nobis adstantium, *implorato Divino lumine*, motu proprio, et ex certa scientia Nostra, deque apostolicæ potestatis plenitudine antedictum librum, cujus titulus latine redditus: *quid continent documenta antiquitatis christianæ de auriculari confessione ab Eybel?* tamquam continentem doctrinas, et propositiones respective falsas, captiosas, temerarias, scandalosas, seditiosas, sanctis patribus contrarias, et injurias, sapientes hæresim, erroneas, hæreticas, et a concilio Tridentino uti hæreticas damnatas, reprobamus, damnamus, ac pro reprobo, ac damnato in perpetuum haberi volumus, atque decernimus.

§. 7. Mandamus insuper, ne quisquam ex Christifidelibus cujuscumque gradus, et dignitatis, quamvis specialissima nota dignis, librum prædictum jam typis editum, sive manu conscriptum, vel in suo originali, vel in quacumque alia versione legere, retinere, vel denuo imprimere, seu imprimi facere audeat, aut præsumat sub pœna excommunicationis majoris ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, excepto dumtaxat mortis articulo, nisi a Nobis, seu a Romano pontifice pro tempore existente, absolutionis beneficium valeat obtinere.

Damnatio H. belli.

Prohibitio ne libellus retineatur, vel legatur ab aliquo.

Præceptum de
tradendis co-
piis ordinariis

§. 8. Præcipimus quoque biblio-
polis, ac typographis, cæterisque omni-
bus, ac singulis cujuscumque gradus,
et conditionis existant, vel quatenus præ-
dictus liber ad eorum manus devene-
rit, aut deveniat, illum, statim atque
præsentes literæ eis innotuerint, loco-
rum ordinariis tradere, ac consignare
sub eadem excommunicationis pœna te-
neantur.

Monitum ad
episcopos.

§. 9. Memores porro Nos, meritis
licet imparibus, sub illius nomine Ec-
clesiæ præsidere, cujus a Domino Jesu
Christo glorificata est confessio, et cujus
fides omnes hæreses destruit, vos, qui
undique estis, venerabiles fratres, qui-
bus sua cuique gregis portio attributa
est, in visceribus Christi, cum omni
instantia hortamur, et obsecramus, ut
pro diligenti cura, quam geritis eccle-
siarum, quibus præsidetis, collaborare
Nobiscum ne desinatis, Nostrisque stu-
diis, ac vigiliis studia vestra, vigiliis-
que adjungere, ut divina opitulante
gratia commissum Nobis gregem ser-
vare a venenatis pascuis immunem,
eamque supremo pastori, et episcopo
animarum, qui Nobis pascendum illum
tradidit, purum, et icolumem repræ-
sentare, ac reddere valeamus. In id
incumbite, omnique ope satagite, ut
suis constabilita regulis Ecclesia, et justæ
pronuntiationis firmata decreto, talibus
patere non possit, qui perversis ver-
borum argutiis, sub imagine catholicæ
fidei disputantes, velut pestiferum ex-
halantes virus, quo recte sentientium
corda corrumpant, totam veri dogmatis
quærent evertere disciplinam.

Fides habenda
transumptis.

§. 10. Ut autem eadem præsentes
literæ ad omnium notitiam facilius per-
ducantur, nec quisquam illarum igno-
rantiam prætexere possit, volumus, et
mandamus, illas ad valvas basilicæ
principis Apostolorum, et cancellariæ
apostolicæ, necnon curiæ generalis in
monte Citatorio, et in acie Campi Flo-
ræ de urbe per aliquem ex cursoribus
Nostris, ut moris est, publicari, illa-
rumque exempla ibi affixa relinqui. Sic
vero publicatas perinde afficere omnes,
et singulos, quos concernunt, ac si
unicuique illorum personaliter notifica-
tæ, et intimatæ fuissent. Ipsarum au-
tem literarum præsentium transumptis,
seu exemplis etiam impressis, manu
alicujus notarii publici subscriptis, et
sigillo personæ in ecclesiastica dignitate
constitutæ munitis, eandem fidem tam
in judicio, quam extra illud ubique
locorum haberi, quæ iisdem præsentibus
haberetur, si forent exhibitæ, et

ostensæ. Datum Romæ apud sanctam
Mariam Majorem die xi novembris
MDCCLXXXIV. pontificatus Nostrî an-
no decimo.

DXVII.

Dat. Romæ
26. novembris
1784
anno X.

Declaratur literæ apostolicæ diei 7. ju-
lii 1779. editæ super applicatione
et perceptione nonnullorum legato-
rum piorum in civitate Lisbonensi.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **J**ustis votis assensum præ- Proemium.
bere, justisque petitionibus aures acco-
modare Nos convenit, qui licet indi-
gni, justitiæ custodes, atque præco-
nes in excelsa apostolorum principum
Petri, et Pauli specula positi Domino
disponente videmur existere.

§. 2. Nobis siquidem nuper expo- Expositio præ-
cum.
ni fecerunt dilecti filii proveditor, cæ-
terique officiales, et confratres piæ
domus de Misericordia nuncupatæ ci-
vitatibus Lisbonensis, quod Nos alias
per Nostras in simili forma Brevis die
septima julii anni MDCCLXXIX. ex-
peditas literas, attentis gravissimis sum-
ptibus, quos tum pro regii xenodo-
chii, ac brephotrophii exhibitione, tum
pro orphanorum victu, ac carcerato-
rum sustentatione quotidie facere te-
nebantur, redditus quippe, quorum
erant administratores, necessariis, op-
portunisque impensis hujusmodi impa-
res prorsus erant, ac carissimæ in
Christo filiæ Nostræ Mariæ Franciscæ
Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fi-
delissimæ precibus hisce desuper No-
his humiliter porrectis annuentes, quod
alias felicitatis recordationis Paulus pp. III.
prædecessor administratoribus regii xe-
nodochii Lisbonensis per suas literas
die xx. augusti anni MDXLV. quoad
civitatem dumtaxat Lisbonensem, ac ejus
districtum concessit, ac felicitatis pariter
recordationis Clemens pp. VIII. præ-
decessor itidem Noster ad universam
diocesis Lisbonensem ampliavit, ut nempe
legata a testatoribus in suis testa-
mentis relicta nisi tempore in eis præ-
fixo, et limitato executæ fuissent, ipsi
xenodochio eo ipso applicarentur, et
applicata fuissent, et per pia opera;

quæ in illo fierent, omnibus piis operibus a testatoribus hujusmodi ordinatis satisfieri censeretur, ad omnia regna, insulas, ac acquisitionis regiones, aliaque dominia eidem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ subjecta, servata in reliquis forma, et dispositione earundem Pauli, et Clementis prædecessorum literarum auctoritate apostolica protulimus, ac ampliavimus; ita tamen, ut ubivis xenodochia domus Misericordiæ oneribus prædictis subjecta, erecta jam extitissent una ex tribus partibus eisdem xenodochiis, seu domibus, aliæ vero duæ partes regio xenodochio, seu domui Misericordiæ prædictæ respective applicarentur, prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fasius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, licet tempore concessionis hujusmodi ex una mensa piæ domus prædictæ omnia onera præfata adimplerentur, priusquam tamen memoratæ Nostræ literæ debitam obtinuerint executionem a mensa dictæ piæ domus Misericordiæ redditus ad regium xenodochium prædictum pertinentes nondum separati, sed etiam a pietate, et religione ejusdem reginæ fidelissimæ aucti fuerunt: brephotrophii vero contra annui redditus ex separatione hujusmodi minores sint, ac pro illius exhibitione necessario requirantur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor declarationis.

§. 3. Nos igitur considerantes memoratam applicationem, seu applicationis ampliationem xenodochio, seu domui prædictæ fuisse Nobis concessam dum adhuc veluti ex una mensa xenodochii, et brephotrophii, cæterisque piarum institutionum prædictarum impensis fieri satis dicti administratores consueverant; hinc eosdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus sequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi, nec non votis dictæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ inclinati, memoratas Nostras, ut præfertur, die septima julii anni MDCCLXXIX. expeditas li-

Bull. Rom. Tom. VII.

teras præsentibus pro plene, et sufficienter expressas, et insertas habentes, ut unam dumtaxat ex duabus partibus piorum legatorum intra præscriptum a testatoribus tempus haud expletorum ut præfertur dictæ piæ domui alias addictis regium xenodochium deinceps lucretur, ita tamen, ut quomodo fieri potest, ab eo succurratur contiguum hospitale Invalidorum de Nostra Domina de Amparo nuncupata; alteram vero partem brephotrophium prædictum acquirat cum onere pariter sublevandi sibi adnexum hospitale Incubabilem de sancta Anna nuncupatum, servata tamen in reliquis forma, ac dispositione dictarum Nostrarum literarum auctoritate apostolica tenore præsentium declaramus, statuimus, et mandamus, seu de novo, quatenus opus sit, concedimus.

§. 4. Decernentes has præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat de presenti, et pro tempore spectabit, plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, memoratis Nostris literis, cæterisque omnibus, quæ in dictis literis non obstare voluimus. Datam Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima sexta novembris millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

Derogatio contrariorum.

DXVIII.

Dat. Romæ
3. decembris
1784
anno X.

Confirmatio decreti congregationis Rituum super elevatione ritus officii, et missæ beatæ Mariæ de Bethlem.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Tenor decreti
editi a sacra
congregatione
Rituum.

§. 1. **E**manavit nuper a congregatione venerabilium fratrum Nostorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum decretum tenoris sequentis videlicet = Ordinis Bethlehemitarum in Indiis occidentalibus. Ad humillimas preces præfecti, et definitorii generalis ordinis Bethlehemitarum per me infrascriptum secretarium sanctissimo Domino Nostro Pio pp. VI. relatas; Sanctitas sua benigne confirmavit electionem sancti Josephi sponsi beatæ Mariæ virginis in patronum principalem dicti ordinis, eidem attribuendo prærogativas omnes patronorum principalium, nec non indulgit, ut die decima nona cujuslibet mensis in singulis ecclesiis ejusdem ordinis cantari possit una missa de eodem sancto Josepho die 21 Julii 1784.

Loco ✕ signi

I. Card. Archintus præfectus
Julius M. de Somalia S. R. C. secret.

Tenor confirmacionis apostolicæ.

§. 2. Cum autem, sicut dilecti filii memorati præfectus, et definitores generales prædicti ordinis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi decretum hujusmodi quo firmiter subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communitur summopere desiderent. Nos dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: præinsertum decretum, omniaque, et singula in eo contenta, et expressa auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint sup-

plemus, et sanamus: salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorundem cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis omnibus, per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictique ordinis, et conventuum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anno piscatoris die tertia decembris MDCCCLXXXIV. pontificatus Nostri anno decimo.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Dat. Romæ
5. decembris
1784
anno X.

DXIX.

Confirmatur decretum congregationis Rituum super approbatione electionis sancti Josephi in patronum principalem ordinis Bethlehemitarum in Indijs occidentalibus existentium.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Tenor decreti
aditi a sacra
congregatione
Rituum.

§. 1. **E**manavit nuper a congregatione venerabilium fratrum Nostorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum decretum tenoris sequentis videlicet= Ordinis Bethlehemitarum in Indijs occidentalibus præfectus generalis, et assistentes ordinis Bethlehemiti sanctissimo Domino Nostro Pio pp. VI. humilime supplicarunt pro elevatione ritus in universo suo ordine officii, et missæ beatæ Mariæ virginis de Bethlem a duplici majori, ad duplicem secundæ classis, nec non pro facultate celebrandi singulis anni sabbatis missam propriam dictæ beatæ Mariæ virginis de Bethlem, jam adprobatam tamquam votivam; et Sanctitas sua, referente me infrascripto segretario, gratiam petitam, et quoad missam votivam, exceptis sabbatis hebdomadarum majoris, paschatis, et Pentecostes, aliisque festis duplicibus primæ, et secundæ classis, benigne concessit die 21 julii 1784.

Loco ✕ signi

J. Card. Archintus præfectus
Julius M. de Somalia S. R. C. secret.

Tenor apostolicæ confirmationis.

§. 2. **C**um autem sicut dilecti filii memorati præfectus generalis, et assistentes dicti ordinis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi decretum hujusmodi quo firmiter subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocínio communiri summopere desiderent. Nos dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: præinsertum decretum, omniaque, et singula in eo contenta, et ex-

pressa auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus; si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorundem cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque, spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dietique ordinis, et conventuum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia decembris millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Dat. Romæ
5. decembris
1784.
ann. X.

DXX.

Dismembratur provincia Polona ordinis sancti Pauli primi Eremitæ, et erigitur in novam congregationem cum confirmatione capitulorum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Apostolicæ Sedis auctoritas, qua universi catholici orbis consulit felicitati, religiosorum ordinum commodo, et tranquillitati sic semper prospexit, ut ea omnia opportunis sancitis legibus decreverit, quæ ad illorum regimen, et incolumitatem, atque ad divini cultus augmentum conferre in Domino videbantur.

Ad instantiam
regis Poloniæ
nova provin-
ciæ erectio de-
coratur.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Stanislai Augusti Poloniæ regis illustris expositum fuit, urgentibus gravissimis de causis necessariam esse separationem, ac erectionem provinciæ Polonæ fratrum ordinis sancti Pauli primi Eremitæ in novam congregationem, idque regularis disciplinæ ejusdem congregationis, et provinciæ conservationi summo opere utile, ac proficuum futurum fore, esse sperandum. Nos igitur rite, ac mature omnibus perpensis rationum momentis, quæ separationem, ac respective erectionem hujusmodi suadere poterant, cum alias per organum congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium episcoporum, et regularium negotiis præpositorum sub die xxv junii MDCCLXXXIV. omnes facultates opportunas, et necessarias provinciæ, ac definitorio provinciali provinciæ, et ordinis prædictorum regendi, et gubernandi eandem provinciæ cum facultatibus, et loco patris generalis, ejusque definitorii cum omnimoda ab iisdem independentia concesserimus; nunc votis ejusdem Stanislai Augusti regis illustris, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere, ac fratres ordinis prædicti specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati,

memorata Poloniam provinciam fratrum ordinis sancti Pauli primi Eremitæ, omni ascilicet monasteria, domus intra ambitum ejusdem provinciæ existentia, ac personas omnes a subjectione, correctione, obedientia, et visitatione superioris generalis, ejusque definitorii ordinis prædicti auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo eximimus, et liberamus, eandemque provinciam, seu dicta monasteria, ac domos sic exemptas, et separatas in novam congregationem Poloniam fratrum ordinis sancti Pauli primi Eremitæ nuncupandam auctoritate, et tenore prædictis erigimus, et instituimus.

§. 3. Insuper cum ab uno vicario, seu visitatore generali, ejusque definitorio eo prorsus modo, quo a generali alias regebatur, sic noviter erecta congregatio gubernari debeat, eaque propter in capitulo provinciali eorundem fratrum die xx mox transacti septembris in monasterio Claromontano habito præscripta fuerit forma novi gubernii per quædam capitula tenoris, qui sequitur.

Forma novi
gubernii indi-
gitatur.

§. 4. I. Ut provincia ista, a modo, et in posterum semper pro possibili, iuxta suas leges, et constitutiones anteriores, a sancta Sede apostolica confirmatas regatur, ac gubernetur.

Tribuitur ut
provincia re-
gatur propriis
constitutioni-
bu

§. 5. II. Ut in locum reverendissimi sui patris generalis, vicarium, seu visitatorem generalem per liberam electionem sibi provideat.

Visitatorem
habeat libere
eligendum.

§. 6. III. Ut ejusmodi electio per omnes vocales provinciæ voce de jure gaudentes, uti personas definitoriales, priores, et sacræ theologiæ auctuales professores, et doctores peragatur.

De modo pe-
ragendi ele-
ctionem visi-
tatoris.

§. 7. IV. Ut officium præfati vicarii generalis ad tempus sexennii determinetur.

De officio vi-
sitoris.

§. 8. V. Ut auctoritas ejusdem vicarii generalis sit conformis ad auctoritatem, et jurisdictionem reverendissimi patris generalis in sacris constitutionibus præscriptam.

De ejus aucto-
ritate.

§. 9. VI. Ut allegatus vicarius generalis omni triennio provinciam visitet, capitulum provinciale intimet: in eodem capitulo præsideat; suam vero ordinariam residentiam, distinctam a residentia provincialis habeat.

De visitatione
ab eo facienda

§. 10. VII. Ut idem vicarius generalis pro convenienti sua subsistentia, pensionem determinatam a provincia habeat.

De assigna-
mento vicarii.

§. 11. VIII. Ut idem vicarius generalis majora hujus provinciæ negotia,

De majoribus
negociis tra-

standis cum definitorio. simul cum definitorio provinciali tractet, ac definiat.

De vacatione officii per mortem vicarii generalis. §. 12. IX. Ut in casum mortis dicti vicarii generalis, tota jurisdictio provinciae penes provincialem maneat, donec novus vicarius generalis eligatur.

De prerogativa vicarii generalis transacto officio servanda. §. 13. X. Ut allegatus toties vicarius generalis, transacto laudabiliter sexennali suo officio, prerogativa paternitatis hujus provinciae donetur, locumque in definitorio provinciali immediate post provincialem actualem obtineat.

De electione temporanea vicarii generalis. §. 14. XI. Cum futurum capitulum electivum provinciale usque post biennium celebrandum occurrat; definitorium vero capitulare intermedium vocitatum, intra medium annum imminet, ad idem tempus definitorii capitularis intermedii electio vicarii generalis determinetur.

Confirmatio capitulorum praedictorum. §. 15. Hinc cum capitula hujusmodi, utpote ad retinendam regularem disciplinam, conservandamque pacem, et tranquillitatem laudabiliter tendant, auctoritate, et tenore praedictis approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis vim, et robur adicimus, ac quoscumque juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Communicatio privilegiorum. §. 16. Tandem eidem congregationi sic noviter erectae, illiusque ecclesiis, fratribus, ac personis nunc, et pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, favoribus, indulgentiis, exemptionibus, indultis, suffragiis, aliisque gratiis, et indultis, quibus eadem provincia, illiusque monasteria, ecclesiae, ac fratres ante dismembrationem, separationem, et exemptionem hujusmodi utebatur, fruebatur, et gaudebat, pari modo uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia perinde ac si privilegia, favores, gratiae, indulgentiae, exemptiones, et indulta praedicta ipsi congregationi post suam separationem, et exemptionem praedictam, illiusque monasteriis, ecclesiis, ac fratribus specialiter concessa reperiantur, ita tamen, ut defunctis suffragia praestent a capitulis generalibus alias ordinata auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur.

Clausula subla, et decretum irritans. §. 17. Decernentes has praesentes litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime

suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, et sanctae Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 18. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quateenus opus sit, quibusvis dictae congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac in aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia decembris millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.